APPENDICE

AI DUE TOMI DELL' OPERA

DELL' ABATE

ANTON FILIPPO GIACHI

INTITOLATA

SAGGIO DI RICERCHE

SOPRA LO STATO ANTICO E MODERNO

DI VOLTERRA

DALLA SUA PRIMA ORIGINE FINO AI NOSTRI TEMPI

PER FACILITARE AI GIOVANI

LO STUDIO DELLA STORIA PATRIA

PARTE PRIMA

IN SIENA 1798.

DAI TORCHJ DI LUIGI E BENEDETTO BINDI.

CON LICENZA DE' SUPERIORI.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDICE

CHE CONTIENE I DOCUMENTI

DELLA

PARTE PRIMA.

NUM. I.

IN Dei Nomine Amen. Pacta facta et finita inter Comune Vulterrae ex una parte et Dominos Episcopos Vulterrani Episcopatus ex parte altera de infrascriptis ut infra continetur et scriptum est.

Sententia Laudi lata inter Ven. Dominum Ildebrandum Vulterranum Episcopum, et D. Raynerium Vulterranum Potestatem.

Caussam seu Litem, controversiam seu quaerimoniam, quaerelam vel quaerelas, quae sunt seu vertuntur extra Civitatem Vulterrae et extra confines ipsius Civitatis inter D. Ildebrandum Dei gratia humilem Vulterranum Episcopum ex una parte pro Ecclesia Vulterrana, et Raynerium Vulterr. Potestatem pro Comuni Vulterrae ex altera. Utraque pars communi concordia et voluntate dederunt in Nos Tancredum q. Sigerii, Ubertum q. Parigii, Bonafidanza q. Lampresti, Bifulcumq. Bonaventu-

rae, et Leonardum q. Galli ad arbitrandum, vel laudandum, compromiserunt sibi ad invicem promittentes ad poenam 200. Marcarum argenti, tenere firmum et habere ratum quidquid Nos suprascripti Tancredus, Ubertus, Bonafidanza, Bifulcus et Leonardus Arbitri ab utraque partium supradictarum constituti super ipsis litibus per arbitrium seu laudamentum, dixerimus seu pronuntiaverimus et si qua partium suprascriptarum, si D. Episcopus ex una parte, et Raynerius suprascriptus pro suo Comuni, seu illud Comune Vulterrae ex altera quae dixerimus vel diei fecerimus super litibus praedictis nollet observare, et contra facere vellet poenam 200. marcarum argenti praestanti fidem et arbitrium observanti sibi ad invicem dare solemniter promiserunt, poenaque soluta nihilominus arbitrium infrascriptum seu laudamentum firmum tenere sibi ad invicem solemniter promiserunt. Unde nos suprascripti Tancredus, Ubertus, Bonafidanza, Bifulcus et Leonardus ab utraque parte super Litibus praefatis Arbitri constituti utriusque partis communi consilio voluntate atque consensu super Litibus praedictis, dicimus et ad suprascriptam poenam laudamus, ut Raynerius praefatus Volaterr. Potestas pro suo Comuni Castrum de Ripamarancio in eo statu in quo erat quando captnm fuit, hodie D. Episcopo restituat cum omni jure, bonisque consuetudinibus salv. etc. et salvis quae et quas Commune de Vult. ibi habet.

Item dicimus et per arbitrium laudamus ut Vnlterrani qui ibi habent, et habebunt in antea non teneantur dare accaptum, neque datium, nec quidquam aliud Domino Episcopo, vel alicui pro eo exceptis Placitis et Bandis.

Item dicimus, et per arbitrium laudamus, ut D. Ildebrandinus Dei gratia humilis Volaterr. Episcopus a Vnlterranis dextructis muris et aedificiis ibi postquam discordiae fuit inter D. Episcopum et Vnlterranos nuper factis, non faciet ibi nec fieri faciat, nec fieri permittat aliquod aedificium, neque aliquam firmitatem, de quo

vel

vel pro quo, vel de qua seu pro qua Vulterra aliquo modo laedi possit, vel damnificari, seu aliquod damnum patiatur, et quaedam aliá per suprascriptos laudata, ut continetur in Carta inde facta per Boninsegnam Notarium Ann. Dom. 1203. sextodecimo Kal. Aprilis Ind. VII.

NUM. II.

BReve d'INNOCENZO III. Papa dato in Segni nel 1214. Anno XVI. del suo Pontificato.

Lo riportano il Cecina nelle Notizie Istoriche di Volterra pag. 42. nelle note: ed il Bava nei suoi Ragionamenti sopra Volterra pag. 76.

NUM. III. e LI. della Parte II.

BONIFATIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Clero Civitatis et Dioecesis Wulterranae salutem et Apostolicam Benedictionem. Dudum ex certis caussis quae nostrum ad id non indigne animum induxerunt, provisionem Ecclesiae Wulterranae si tunc vacabat vel quamprimum eam quecumque modo vacare contingeret, dispositioni nostrae ac Sedis Apostolicae ea vice duxerimus reservandam, et decrevimus irritum et inane si super hoc secus a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cumque postmodum Ecclesia ipsa per obitum bonae memoriae R, Episcopi Wulterrani qui nuper in partibus illis diem clausit extremum, Pastore vacaverit. Nos considerantes statum Tusciae diversis fore turbinibus involutum ac propterea providere volentes ne ipsa Ecclesia hujusmodi vacationis tempore auxilio defensoris careret, et quod ipsius bona non paterent direptionibus malignorum; ac superantes quod cum dilectus filius *Raynerius* natus dilecti filii Nobilis Viri Belfortis de Belfortibus Civis Wulterran. Canonicus et Administrator Ecclesiae Vulterrane de Domo Ecclesiasti-

ca et fideli originem traxerit et ipse ac sui erga Romanam Matrem Ecclesiam, speciali reverentia et devotione viguisse ac vigere noscerentur et cum ejus devotis et fidelibus illarum partium ad ea quae honorem et exaltationem ipsius respicerent unanimi voluntate concurrerent ac idem Belfortis Pater ipsius Raynerii velut potens et nobilis ac discretus et providus, et Apostolicae Sedis devotus Civitatis Wlterran. inter ceteros ejus Incolas Director et Conservator, fervens in devotione dictae Sedis existeret, ipseque R. apud nos fide dignorum testimonio multipliciter commendaretur praedicta Ecclesia Wulterr. per eum poterat in spiritualibus et temporalibus salubriter dirigi, et tueri favorabiliter, ac prospere gubernari, de Fratrum nostrorum consilio curam et administrationem ipsius Wlterranae Ecclesiae eidem R. fiducialiter auctoritate Litterarum nostrarum duximus imponendam, concedentes eumdem Raynerium illi in Administratorem et Procuratorem, sibique tam in spiritualibus quam temporalibus curam, administrationem, et procurationem illius plenarie committentes. Ita quod in utrisque disponendi et ordinandi libere prout ejusdem Ecclesiae utilitati expedire videret et Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi liberam idem R. facultatem haberet donec de ipsa Ecclesia per Apostolicam Sedem aliter contingeret ordinari. Alienatione ac distractione bonorum mobilium et immobilium ejusdem Ecclesiae eidem R. poenitus interdicta. Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus, et hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes quatenus eidem Raynerio tamquam legitimo Administratori ejusdem Eccl. Wlterr. super premissis humiliter intendatis. Alioquin sententias quas ipse propter hoc tulerit in rebelles ratas habebimus et faciemus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Anagnie iiij. Kal. Octobris Pontificatus Nostri Anno Septimo --- 1300.

Loco Plumbi ● deperditi *Archiv. Vescov.*

NUM. IV.

JOANNES Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Clero Civitatis, et Dioecesis Vulterran. salutem et Apostolicam Benedictionem. Inter solicitudines varias quibus assidue premimur illa potissime pulsat et excitat mentem nostram ut status Ecclesiasticarum omnium curae nostrae divina providentia commissarum spiritualiter et temporaliter augeantur, et illis quae suis destituta Pastoribus vacationis incomoda deplorare noscuntur tales Ministros preficere studeamus per quorum regimen utiliter et salubriter valeant gubernari. Olim siquidem bonae memoriae Raynerio Episcopo Vulterrano presidente regimini Vulterran. Eccl. Romanae Ecclesiae immediate subiectae Nos cupientes per Apostolicae Sedis providentiam eidem Vulterr. Eccl. quam in visceribus gerimus caritatis post ipsius Episcopi obitum personam utilem presidere provisionem ipsius Vulterr. Eccl. cum eam vacare contingeret *ea vice* ejusdem Sedis dispositioni duximus specialiter reservandam. Decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his per quoscumque scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde praedictam Vulterranam Ecclesiam per obitum ipsius Episcopi Pastoris Solacio destitutam dilecti filii Capitulum ejusdem Ecclesiae *hujusmodi nostrae reservationis forsan ignari* dilectum filium Raynuctium Electum Vulterranum Plebanum Plebis de Morba Vulterr. Dioecesis in Sacerdotio constitum per viam compromissi in eorum Episcopum concorditer elegerunt: idemque Electus post consensum electioni hujusmodi ad eorundem Capituli instantiam ab eo prestitum ad dictam Sedem personaliter accessit: et demum tam idem Electus per se ipsum quam dicti Capitulum per Procuratores eorum ydoneos ad hoc specialiter destinatos a nobis confirmari hujusmodi electionem illius Nobis praesentato decreto instanter et humiliter postularunt in hiis omnibus statutis a jure temporibus

Digitized by Google

poribus observatis. Nos igitur attendentes quod hujusmodi dicti Raynutii Electi electio post hujusmodi nostram reservationem fuerat attemptata ipsam auctoritate Apostolica prout erat decrevimus irritam et inanem. Postmodum autem attenta meditatione pensantes dispendia quae proveniunt ex vacatione longeva Ecclesiis Pastoribus viduatis ac volentes dictam Vulterranam Ecclesiam prout tenemur juxta officii nostri debitum ab hujusmodi dispendiis preservare attendentes quoque tam concordem dictorum Capituli voluntatem quam in eadem electione habuisse noscuntur quam licterarum scientiam honestatem morum et vitae, aliaque multiplicia suarum virtutum merita quibus dictus Electus esse dicitur multipliciter insignibus, et per haec verosimiliter praesumentes quod eadem Vulterrana Ecclesia in suis poterit manuteneri juribus ac etiam defensari post vigilem quam cum Fratribus Nostris ad praeficiendum eidem Vulterranae Ecclesiae personam utilem apposuimus diligentiam ad eumdem Raynuccium Electum nostrae considerationis intuitum duximus dirigendum. Quapropter volentes praefatae Ecclsiae Vulterranae salubriter providere de persona ipsius Raynucci Electi nobis et Fratribus eisdem accepta praefatae Vulterranae Ecclesiae providendum, ipsumque Raynutium illi de ipsorum Fratrum consilio eadem auctoritate in Episcopum praefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius sibi tam in Spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus suos eadem Vulterr. Eccl. per sue circumspectionis industriam prospere dirigetur, et salubriter dante Domino suscipiet incrementa. Quocirca Universitati Vestrae per Apostolica scripta mandamus quatenus eidem Electo tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam devotam ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote ac efficaciter adimplere

Digitized by Google

plere curetis. Alioquin sententiam quam idem Electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus Auctore Domino usque ad satisfationem condignam inviolabiliter observari. Dat. Avenion. 6. Id. Februar. Pontificatus Nostri Anno quinto -- 1321. *Arch. Vescovile*

1365. *BANDO DEI BELFORTI notato negli Statuti di N. XXII. pag. 416. che si riporta per extensum in conferma di ciò che è stato detto di questa Famiglia nella Prima Parte pag. 70.*

IN primis hoc saluberrimo et irrefragabili est stantiamento et ordinamento provisum firmatum et deliberatum per X. ex dictis Dominis XII. qui eorum palloctas miserunt in Bussolo rubeo del Sì non obstantibus duobus qui eorum palloctas miserunt in Bussolo albo del Nò in contrarium illorum quod omnes et singuli Belfortes et de Domo Belfortium de Vulterris, et ex eis vel aliquo eorum nati tam praesentes quam futuri et eorum et cujuscumque eorum familiares et famuli extrahantur de Populo Civitatis Vulterr. et ponantur et scribantur inter exceptatos de Populo prelibato in Libro Albo et pro exceptatis extractis et cassis habeantur et sint exceptati, extracti et cassi auctoritate, vigore, et balìa presentis statuti reformationis et ordinamenti et omni beneficio commodo et privilegio populari intelligantur et sint exclusi, atque privati, ex uti ac denudati in totum. Item si contigerit quod ipsi supradicti Belfortes vel aliquis ex eis vel natus ex eis vel aliquo eorum tam praesentes quam futuri offenderet seu offendi faceret per se vel alios aliquam personam condemnetur et condemnari debeat Communi Vulterrae per Capitaneum Populi Vulterrae vel Vexilliferum Justitiae dicti Populi in triplici poena contenta in aliquo Capitulo Constituti Communis Vulterr. loquenti de quocumque maleficio vel delicto quae poena pro tipla habeatur. Et condemnaptio et sententiae

de

Digitized by Google

de talibus Belfortibus vel aliquo eorum seu de ipsis vel aliquo eorum natis factae sine de aliquo seu de aliquibus ipsos vel aliquem eorum assotiaverint, vel favorem aliquem ipsis vel alicui eorum prestantibus, vel eorum vel alicujus eorum mandato, dictu vel ortatu quodcumque maleficium vel delictum committentibus executioni mandantur, et de ipsis condepnationibus, sententiis et eorum qualibet executionem fieri possit et debeat tam contra Patres, filios, fratres carnales ipsorum seu alicujus ipsorum delinquentium, vel maleficium, vel aliquid commicti, et fieri facientium, mandantium, vel ortantium quam contra principales delinquentes vel maleficium vel delictum aliquod commicti facientes, mandantes, vel ortantes hoc tamen salvo semper et intellecto quod si principales offendens, seu offendi faciens, mandans vel ortans, esset et veniret condepnatus in persona vel membris, seu membro, ut non compareret vel puniri non posset, seu executionem contra eum libere et expedite fieri non posset in bapno remaneat et sententia, et condepnatio firma persistat et duret contra eum et inlibata penitus perseveret proinde ac si legiptime esset lata. Et ipsius condepnatio et sententiae nihilominus execut. contra Patrem, filium, fratrem carnalem in pecunia fiat, et fieri possit et debeat in ea quantitate qua et offendens seu offendi faciens, mandans vel ortans possit membrum seu membra redimere etiamsi tunc talis condepnatio esset sibi inibita per statuta, quo casu possit et debeat prefatus Capitaneus vel Vexillifer executionem facere de similibus ad similia procedendo et condepnando secundum formam alicujus Capituli Constit. Vulterr. redemptionem Personae vel alicujus membri concedentis dummodo sit talis executio redacta ad formam triplicationis alicujus Capituli Constit. Comm. Vulterr. loquentis de offensionibus similibus factis in personam popularem quae in dicto casu possit duplicari et triplicari secundum formam Statut. Populi et Communis Vulterr. in

quo-

quocumque casu ubi de similibus loqueretur de quacumque majori poena imponitura de similibus ad similia ut dictum est arbitrio Capitanei vel Vexilliferi Justit. Populi Vulterr. Item quod omnes et singuli Belfortes et quilibet eorum tam praesentes quam futuri teneantur et debeant solvere codepnationes penas et bapna eorum et cujuscumque eorum familiarium et omnium eorum facientium vel fieri facientium ad ipsorum vel alicujus eorum petitionem vel mandatum dictum vel ortatum in quacumque casu aliquod malleficium vel delictum. Et poenas et bapna dictorum talium sit ad ipsorum vel alicujus eorum petitionem, mandatum dictum vel ortatum facientium vel committentium vel fieri facientium vel commitentium aliquod malleficium vel delictum possit et debeat Capit. vel Vexillif. Just. Pop. Vulterr. exigere et exequi cum effectu contra dictos Belfortes et quemlibet eorum. Et si talis condepnatio esset corporalis seu membralis et non compareret malefactor vel compareret et puniri non posset executio libera et expedita contra eum fieri non posset remaneat talis malefactor in bapno et sententia, et condepnatio firme persistat et duret contra eum. Et ita eidem in omnibus pareatur et observetur ac si legiptime esset lata. Et nihilominus ipsius condepnatio et sententia et executio fiat et fieri possit et debeat contra dictos Belfortes vel eorum aliquem in ea quantitate pecunie qua dictus delinquens posset personam membrum seu membra redimere etiam si tunc talis redemptio esset sibi inibita per statuta Communis Vulterr., quo casu possit et debeat prefatus Vexillifer vel Capit. executionem facere de similibus ad similia procedendo secundum formam alicujus Capit. Constit. redentionum Persone vel alicujus membri concedentis dummodo sit talis executio redacta ad formam triplicationis alicujus Capit. Constit. Communis Vulterr. loquentis de offensionibus similibus factis in personam popularem que in dicto casu possit duplicari et triplicari secundum formam Statuti

Digitized by Google

Populi et Communis Vulterrae. In quocumque casu ubi de similibus loqueretur de quacumque majori pena impon. et ubi in-posita non inveniretur ut dictum est, sit arbitrio Capitan. vel Vexillif. Just. Vult. Populi. Item si non posset fieri executio condepnationum factarum de suprascriptis Belfortibus vel eorum aliquo sive de eorum sequacibus vel mandato dictu vel ortatu ipsorum vel alicujus ipsorum Belfortium delictum vel malleficium aliquod facientibus vel fieri facientibus in quolibet suprascriptorum vel infrascriptorum casuum sine ipsorum vel alicujus eorum familiarium contra patrem filium vel fratrem delinquentis vel delinquentium dictorum Belfortium vel alicujus eorum tunc in dicto casu fiat et fieri debeat per Vexillif. Just. contra propinquiorem ex paterna linea usque in quartum gradum donec ipsa executio sit completa. Et si dicta executio vel condepnatio per Capitan. vel Vexill. Just. Pop. Vult. tunc regentem non fieret possit et fieri debeat d. executio et condepnatio per subsequentem Capit. vel Vexill. Just. Pop. Vult. usque ad quinque annos in predictis omnibus penis et predictarum qualibet. Item quod in predictis casibus omnibus et predictorum quolibet Statut. loquens de vulneribus et percussionibus posit. in parte Potestatis quod incipit - ut debita pena &c. - in ea parte qua loquitur et imponi penam Sc. 200. den. de vulnere in facie manifesto loquatur; et loqui intelligatur ac imponat penam Sc. 1000. den. contra d. Belfortes vel aliquem ex eis presentibus et futuris, et ex eis vel aliquo eorum natos, vel pro famulis et familiaribus ipsorum vel aliquibus aliis ad eorum mandatum dictum petitionem vel ortatum delinquentibus. Et ita deinceps dictum Capitulum in d. parte intelligatur et in perpetuo observetur. Item quod Capit. Pop. Vult. vel Vexillif. Just. Populi tenentur mittere et mandare executioni totaliter et cum effectu d. sententias et condepnationes de ipsis Belfortibus et eorum quolibet et ex eis natis vel eorum aliquo et eorum et cujuscumque eorum

famulis

Digitized by Google

famulis familiaribus ad eorum seu alicujus eorum petitionem mandatum dictum vel ortatum delinquentibus factas latas in decem dies a die commissi malleficii vel delicti ad penam Sc. 1000 den. Item quod de condepnationibus et sententiis vel condepnatione vel sententia latis factis datis et promulgatis contra dd. Belfortes vel eorum aliquem vel ex eis natum vel eorum vel alicujus eorum famulum familiarem vel aliquem alium ad eorum vel alicujus eorum petitionem mandatum vel ortatum malleficium aliquod committentem vel eos vel eorum aliquem assotiantem de malleficiis excessibus, et delictis commissis et perpetratis per dd. Belfortes vel eorum aliquem seu ex eis natum vel eorum vel alicujus eorum famulum familiarem vel aliquem alium ad eorum vel alicujus eorum petitionem mandatum dictum vel ortatum malleficium aliquod committentem vel commicti facientem non possit vel debeat aliquo jure modo vel causa appellari supplicari reclamari vel petitio nullitatis vel gravaminis porrigi vel aliquis omnino recursus haberi. Et si appellaretur supplicaretur reclamaretur vel petitio porrigeretur vel aliquis recursus haberetur appellatio supplicatio reclamatio vel petitio sive recursus non valeat nec teneat sed ipso jure nulla et nullus et per aliquem Offitialem Vult. Communis non debeat recipi vel admicti. Item quod d. Capitaneus et Vexillif. Just. Populi Vult. habeat et habere intelligatur arbitrium et taliam in procedendo cognoscendo condepnando et exequendo realiter et personaliter contra dictos Belfortes et natos ex eis vel aliquo eorum et contra assotiantes facientes vel fieri facientes et delinquentes ad eorum mandatum vel ortatum et in puniendo realiter et personaliter ultra penas et dapnum contentum in Cap. Constit. Comm. Vult. considerata offensione et conditione persone offense ita tamen quod minorem penam tam in condepnando quam in exigendo quam in Statuto presenti aut aliquo alio penam similem imponente contineatur

impo-

Digitized by Google

imponere non possit vel debeat quoquo modo. Item quod de malleficiis excessibus et delictis omnibus per dd. Belfortes vel aliquem eorum vel ex eis natum sive ipsos vel eorum aliquem assotiantem vel assotiantes vel ad eorum vel alicujus eorum mandatum vel ortatum delinquentes vel commictentes commissis et perpetratis non possit pax aliqua ipsis delinquentibus vel alicui eorum reddita et facta ipsis delinquentibus vel alicui eorum vel alii pro eis vel eorum aliquo quoad diminutionem condepnationis et pene inflicte vel illate sive sententie condepnationes seu executiones facte propter predicta delicta excessus vel malleficia. Et non possit de dd. condepnationibus sententiis seu executionibus vel earum alia sibi fieri recipi vel admicti aliqua compensatio sed omnino omne compensationis beneficium sit sublatum penitus et preclusum. Et si Camerarius Communis Vult. pro tempore existens de ipsis condepnationibus sententiis seu executionibus vel earum aliqua admicteret vel reciperet compensationem sive ad exitum micteret intratam condepnetur et condepnari debeat per Capitan. et Vexill. Just. in Sc. 500. den. Et Notarius scribens intotidem per prefat. Capitan. et Vexillif. Et nihilominus exinde possit et debeat sindicari. Et quod d. Camerar. et Notarius et ipsorum quilibet contra pred. vel predd. aliquod fecerint vel scripserint non valeat sed sit irritum et inane. Et in dictis casibus omnibus et ipsorum quolibet sit sufficiens probatio quinque testium de publica fama bone opinionis et vita. Item quod a tempore malleficii commissi per aliquem vel aliquos dd. Belfortium vel postea per octo dies nullus cum armis vel sine armis ad domum ipsorum vel alicujus eorum possit vel debeat audeat vel presumat ire nec postea quandocumque cum armis nec ipsos assotiare cum armis exceptis famulis ipsorum qui cum eis continuam residentiam faciunt et morantur pena et bapno Sc. 100. den. pro quolibet et qualibet vice Salva semper majore pena Constit. Communis

munis

Digitized by Google

munis Vult. in quolibet casu ubi major pena imponeretur de aliquibus suprascriptis vel aliqua suprascriptorum et tam de assotiatione quam de offensa et in predictis casibus omnibus suprascriptis articulo et Capitulo quolibet proxime et superius nominato et predictorum quolibet, et infrascriptis et eorum quolibet sit legiptima et sufficiens probatio confessionis vel contumacia delinquentium vel delinquentis vel dictarum gentium sive fama quinque testium de fama vel duorum de veritate sive unius de veritate cum duobus de fama qui tamen non sint malivoli. Item quod licitum sit cuilibet offenso add. Belfortibus vel aliquo eorum vel aliquo alio seu aliquibus aliis pro eis seu aliquo ipsorum vel ipsorum mandato vel ortatu et possit per se et alios suos consanguineos et sequaces sive ipsis suis consanguinibus et sequacibus vel alicui eorum se de tali offensa recepta tempora offense et postea quandocumque impune vendicare et ulcisci in persona et rebus contra talem offendentem vel offendi facientem ortantem vel mandantem dummodo non excedat offensum et si excepserit puniatur ad voluntatem Pleni Dominii usque in quantitatem contentam in Constit. Communis Vulterr. Item quod nullus debeat audeat vel presumat cum dd. Belfortibus vel eorum aliquo facere componere inire vel actentare aliquam ligam septam conjumtionem vel conventiculam ad penam et sub pena Sc. 1000. den. a quolibet contrafaciente et qualibet vice per Capitan. Pop. vel Vexill. Just. Vulterr. Pop. auferenda et de predd. et predd. quolibet sit legiptima et sufficiens probatio quinque testium de fama ad minus. Item quod nulla persona cujuscumque gradus vel conditionis existat de Civit. Vulterr. vel ejus districtu vel Communitate audeat presumat per se vel per alium directe vel per obliquum vel quocumque quesito colore qui dici vel excogitari posset alicui de Belfortibus vel alii pro eis donare dare sive aliquo modo vel titulo cedere vel concedere, aliquos denarios

quos

quos haberent in Communi Volt. vel aliquo alio modo aliquod facere donamentum vel concessionem in pecunia vel rebus quacumque occasione vel causa tempore commissi malleficii vel postea per annum ad penam et sub pena Sc. 100. den. pro qualibet persona Communitatis et Sc. 25. den. pro qualibet speciali persona per Capitan. et Vexillif. qui fuerit pro tempore auferenda. Et in predd. et predd. quolibet sit sufficiens et legiptima probatio quinque testium de fama. Item quod omnia et singula suprascripta contenta in suprascripto ordinamento et stantiamento saluberrimo et infragrabili in omnibus suis partibus capitulis atque clausulis sint firma et robore perpetuo duratura et inviolabiliter et infragrabiliter observentur et per statuta manuteneantur in totum et non possint corrigi emendari interpretari minui vel infringi vel eis vel alicui eorum detrahi vel in aliquem in excogitationem intellectum seu questionem quoquo colore deduci sed integra illibata et precisa prout jacent et scripta sunt serventur et durent et pro sacratis et Sacratissimis habeantur ab omnibus. Et pred. ordinamento stantiamento et contentis in eo non derogent nec obsistent infrascripta Statuta Communis Vult. scilicet statutum positum in parte XII. scriptum per Ser Roggerium Ser Benvenuti quod incipit *quod hoc ut unitas. &c.* Item Statut. in parte Vexill. Just. Pop. Vult. quod incipit *in primis* &c. Scriptum per Ser Bertum D. Raynerii. Item Stat. in parte Potest. cujus Rubr. est *de pena illis qui aliquem interfecerit*. Item Stat. positum in d. Parte cujus Rubr. *de illo qui offensionem receperit* nec aliquod aliud Statutum contrarium pred. ordinamento, et stantiamento vel alicui articulo contento in eo. Que suprascripta omnia et singula contrariantia d' ordinamento vel alicui articulo contento in eo pro expecificatis sint et intelligantur et habeantur ac si expressa sigillatim et lecta essent et specificata, et sint in omnibus et per omnia cassa et pro cassis habeantur

et de-

Digitized by Google

et derogatis in quantum derogent et obsistant pred. stantiamento vel alicui Capitulo et Articulo in eo contento. Et non possint pred. contenta in d. saluberrimo stantiamento vel aliquo pred. contenta sic obtentorum stabilitorum et firmatorum tolli cassari infringi vel interpretari per aliquod parlamentum quocumque tempore fiendum vel celebrandum. Et si quis proponeret arringaret consuleret vel consentiret de contentis in d. stantiamento et ordinamento vel aliquo eorum tollendo diminuendo cassando infringendo interpretando condepnetur per Capitan. Vult. in Sc. 100. den. Item quod non intelligatur derogatum aliquibus Statutis qui majorem penam imponerent in casibus pred. vel aliquo predictorum.

Ego Jacobus olim Ser Mathei de Vult. Imper. auct. Not. atque Jud. Ord. et nunc Not. et Offic. electus secundum formam Statut. Communis Vult. ad pred et dd. Statutariorum electus secundum formam Statut. Communis Vult. pred. omnibus interfui et ut supra legitur mea propria manu scripsi et publicavi et signum meum apposui consuetum.

Item in dicto Volum. XXII. pag. 17. legitur Rubr. quae ut infra de die 8. *Sept. Ann.* 1368.

REBANNITIO BANNITORUM.

OFficium Dominorum sex Reformatorum . . . recordantes verbi Domini sic dicentis = nolo mortem peccatorum sed ut potius convertantur et vivant = et consideratis pluribus supplicationibus ipsis sex pro parte bannitorum Communis Vult. porrectis continentibus quod ipsi sex dignarentur ipsos et ipsorum singulos absolvere et liberare ab ipsorum bannis et forestationibus &c. prout supplicationes ipsorum oretenus latius continebant. Et volentes ipsorum bannitorum presertim eorum qui videntur ad viam recti conversi supplicationibus condescendere, et juris in hac parte mitigare rigorem stantiaverunt decreverunt deliberaverunt et firmaverunt quod omnes

niti sint & esse debeant & intelligantur rebanniti & absoluti, & in integrum restituti quoad bonam conditionem & famam suam.

NUM. V. *Juramentum hominum Societatis Statut. del 1252. pag. 75.*

SI fuero electus ad aliquod officium vel onus pro Populo Vulterrano illud recipiam & receptum faciam & tractabo bona fide sine fraude secundum quod injunctum mihi fuerit a Capitaneo vel Antianis Pop. Vulterr. Et juro ad S. Dei Evangelia obedire omnibus mandatis Capitanei Populi & Anzianorum, & omnibus preceptis Rectorum mee Sotietatis, et sequi Vexilliferum de die vel nocte sicut mihi preceptum fuerit, & faciam arma sub eo signo ad quod fuerit Vexillum mee Sotietatis si modo fuerit preceptum a Capitaneo vel Anzianis Populi, aut meis Rectoribus.

Item Juramentum Gastaldionum Statut. del 1219. *pag.* 59.

Ego qui sum electus Castaldio sive nuncius Vulterrani Communis juro ad S. Dei Evangelia observare & facere bona fide sine fraude preceptum & precepta Consulum Vulc. Civit. & omnia ea que continentur in brevi Populi, & juro facere & observare preceptum & precepta Judicis Camerarii & Provisorum & Consulum Placiti de his que ad eorum officium pertinent & que ad iniunctum officium facienda pertinent facere. Et juro omnes missaticias vel missaticiam que in Apot. vel Consul. vel aliquo posito loco eorum vel altero eorum imponerent & imposite fuerint prout imposite fuerint bona fide sine fraude portare dicere & renunciare & ea que dicentur ab ipso vel ab ipsis ad que vel quos missus fuero bona fide sine fraude renunciabo Consul. vel Potest. vel alii posito loco eorum & in portando missaticiam & in renunciando que in dicta fuerint ab eo vel ois vel quibus missus fuero nullum mendacium

refe-

referam nec aliquam fraudem studiose commictam & juro facere inquisitiones precepta & stesinas contenutas d. prout imposita fuerint & dd. Consul. vel Pot. Jud. & Camer. & inquisitiones factas de reclamis viro renunciante Camerario. Et juro salvare & guardare totum quidquid ad meas manus occasione mee bailie de havere Communis pervenerit dare & renunciare Camerario Vult. Communis quam citius potero sine fraude salvo quod possit habere & recipere id quod im. concessum est posse habere post Constit. Vult. primo officio & non fraudare de havere Communis nec de havere quod fuerit apud Commune Vult. apud Camerarium aliquod nec fraudare faciam. Et juro quod quando faciam expensas aliquas pro Communi faciam eas bona fide sine fraude. Et hec omnia in totum & per totum & quidquid continetur in Constit. quod ad meum officium pertineat & quod Consul vel Pot. tenetur facere jurare primo officio & observare bona fide sine fraude remoto omni dolo & fraude & malo ingenio.

NUM.VI. *Formula del Giuramento che faceva ciascuno del Popolo di Volterra. Statuti del 1219. pag. 51.*

IN nomine Domini Amen. Ego N. juro ad sancta Dei Evangelia observare & adimplere & in fraudem non cassare preceptum & precepta omne quod & que Potestas & Consules qui vel que pro tempore fuerint in Vulterr. & fecerint pro honore Vulterrani Communis. Item consilium et consilia quod et que Consul. vel Potest. a me petierit dabo quam melius cognovero sine fraude. Item credentiam & credentias que non manifestate fuerint a Consulibus vel Pot. vel ab altero eorum pro honore Vulterrani Communis tenebo & non manifestabo eas sine parabola Consulum vel Potestatis ad dapnitatem credentie vel illius qui credentiam manifestaverit. Item si audiero sonare Campanam solam Majorem & ritoccum veniam ad parlamentum sine armis, & ibi stabo sine fraude

de quousque parlamentum finitum fuerit, si parlamentum tunc fuerit, & inde non recedam sine parabola Consulum vel Pot. vel eorum certi Nuncii. Item si dicti Consules vel Pot. a me petierint vel alter eorum petierit meam Turrim, vel aliquam aliam meam Fortezzam eis vel ei dabo ad suam voluntatem & mandatum. Quotiescumque a me petierint & non retollam nec retolli faciam ultra eorum voluntatem. Item juro jurare manutenere Doanam Salis, & hec omnia juro facere & observare bona fide sine fraude in toto regimine ipsorum Consulum vel Potestatis, & hoc breve non mutetur nec ei aliquod addatur.

NUM. VII. *Iscrizione scolpita in Marmo avanti il Palazzo della Residenza della Pubblica Magistratura riportata dal Targioni nel Tomo III. dei suoi Viaggi pag. 70. dell'ultima Edizione.*

ANni Milleni Cristi simul atque duceni
Indeque ter deni currebant terque noveni
Ista Domus quando feliciter omine blando
Optinuit metam divino munere letam.
Rector erat rursus Vulterre tunc Bonacursus
De Bellinzone cum multa vir ratione
Qui preerat turbis gratissimus istius Urbis
Et genitus claris est arduus ex Adimaris.

Sia per notizia del verso 14. della pag. 76. di questa Parte I. che

La misura della Canna Volterrana è scolpita in Pietra avanti il suddetto Palazzo, e all'ingresso della Porta Pisana a parte sinistra. Questa è a misura odierna Braccia tre e due terzi Volterrane, e Braccia quattro e due quattrini di misura fiorentina.

Digitized by Google

NUM. VIII. *Negli Statuti dell'Anno* 1368. *pag.* 336. *si legge riportato.*

ENTRATA

Introito Annuo della Dogana del Sale pagati i Salari e Spese	Sc. 6000
Tasse di Comunità sottoposte	„ 5000
Entrata del Fisco da multe e DD.	„ 3127
Dalla Gabella dei Macellai	„ 1000
Da' Pascoli escluso Monteverdi	„ 200
	Sc. 15327

SPESE

Ai Belforti ogni Anno	Sc. 6000
Ai 50. Stipendiati per la Custodia della Città, ai 15. Deputati per la Custodia del Cassero della Città, e alla Custodia del Cassero di Monteverdi, di Castelnuovo, e di Monteveltrajo	„ 5000
Salario al Potestà	„ 2400
Salario ai Notari dei Bandi, ai Notari della Custodia della Città, ai Notari della Custodia del Terziero inferiore.	„ 717
Ai Custodi de' Muri della Città	„ 1200
	Sc. 15327

Introitus Gabelle Generalis que recolligitur per Gabellarium Generalem de quibuscumque rebus.

Entrata Generale della Gabella d'ogni Anno		Sc. 10000
Dal prezzo del Grano, del peso e del Sigillo	Sc. 50	
Gabella delle Meretrici	„ 100	
de' Bagni	„ 50	
dell' Allume e Zolfo	„ 200	
Della rendita di tre Poderi	„ 290	
Canoni e Affitti di Castelnuovo, Montecastelli, e Miemo	„ 100	
Gabella del passo delle Bestie di Villamagna, Montemiccioli e Cornia	„ 80	
Gabella da pagarsi dal Camarlingo del Comune	„ 300	
	Sc. 1170	„ 1170
		Sc. 11170

SPESE

Ai Priori e Servi = al Giudice degli Appelli = al Conservadore = all'Esattore della Gabella Generale = al Camarlingo e suo Notaro = al Notaro degli Appelli = al Gabellier Generale del Comune, e suoi tre Notari = al Custode della Torre del Comune = ai Consiglieri del Consiglio del Pieno Dominio = ai Consiglieri del Consiglio Generale, ai XV. sopra le Spese = agli Uffiziali del grano che si porta ai Mu-

lini = ai Proveditori, ed ai Massai = alle provisioni per i Frati di S. Francesco di S. Agostino, di S. Andrea, e delle Monache di S. Chiara, di S. Giovanni, e delle Recluse = Agli Spedali = ai Trombettieri, agli Ambasciatori, ai Messi, ed agli altri Uffiziali da eleggersi dai Priori. In tutti Sc. 5206

E così l'annua rendita sarà superiore di Sc. 5904

Qual avanzo fu destinato all'estinzione dei debiti che aveva il Comune e per le spese straordinarie.

Si trova poi nell' accennato Volume pag. 883. quant' appresso.

L'Introito delle Gabelle Generali del Comune, e il Provento delle Tasse delle Gabelle del Comune si deve erogare nei seguenti Salarj.

Ai Priori per Salario, confezioni, candele, e olio	Sc. 2116
Al Capitano della Famiglia de' Priori, e di tutta la famiglia dei medesimi per Salario	» 1920
Al Cancelliere del Comune	» 340
Ai Custodi della Torre del Comune	» 200
Ai Sindici del Potestà e del Capitano	» 400
	Sc. 4976

Dall' Introito della Gabella del Vino, delle Carni, del Ceppo della Camera del Comune.

Salarj ai Custodi delle Torri di Montecastelli, Torre e Cassero di Castelnuovo, Torre di Monteverdi, di Libbiano, di Monte-Catini, e della Sassa	Sc. 2500
Al Medico forestiero	» 340
Ai Massaj	» 20
Ai Notari degli Appelli	» 20
Ai Soprastanti delle Carceri del Comune Sc. 80. -- all' Avvocato e Sindico del Comune Sc. 100.	» 180
Per la Carta ai Rettori della Città Sc. 40. ai pesatori del fiorino Sc. 12.	» 52
Ai Proveditori del Comune Sc. 10. -- per le Lampadi della Chiesa maggiore, e dell' Altare del Palazzo Sc. 20.	» 30
Per oblazioni Sc. 100. -- per Carta e Cera al Camarlingo e al Cancelliere Sc. 100.	» 200
	Sc. 3342

Dall' Introito delle Condanne del Podestà; Capitano del Popolo e Dogana del Sale.

Al Podestà Sc. 3000 -- agli Ambasciatori e elemosine a Luoghi Pii Sc. 300.	Sc. 3300
Al Capitano Sc. 400. -- ai Doganesi, loro Notaro o misuratori del Sale	» 4200

Ai Trombettieri.	»	160
	Sc.	7600

Da Condanne del Notaro della Custodia della Città, del Terziero Inferiore e Danno Dato.

Agli stessi Notari della Custodia e Danno Dato.	Sc.	400
Ai Notari del Terziere Inferiore.	»	350
	Sc.	750

Dal Ceppo del Potestà, del Capitano del Popolo, e della Camera del Comune.

Al Camarlingo e suo Notaro Sc. 180. — ai Consiglieri e Vessilliferi dei quattrocento del Popolo Sc. 70.	Sc.	250
Ai Messi.	»	350
	Sc.	600
	Sc.	600

Dagli Affitti di Castelnuovo, e Monte-Castelli, dai Bagni, Zolfo e Allume.

Al Maestro di Grammatica.	Sc.	200

Dal Ceppo dei Consoli.

Ai Consoli medesimi e Loro Notaro.	Sc.	120
	Sc.	320

In tutto sarebbe la Spesa di Sc. 17688. — —

NUM. IX. *Placitum Marchionis Uberti Comitis Sacri Palatii in controversia Patri Abbatis S. Florae Comitatus Arretini cum Valcherio Ann. 967.*

DUm in Dei Nomine locus nuncupante prope Monte Vultrajo quod est in Comitatu Voloterrense ubi Domnus Hotto Imperator Augustus preerat intus Casa Petroni eiusdem sante Voloterrensis Ecclesie Episcopus per eius data licentia in Judicio resideret Hotbertus Marchio & Comes Palatii singulorum omnium justitias faciendas ac deliberandas residentibus cum eo Ubertus Parmensis, Everardus Aretinensis, Zenovius Fesolensis, Sichelmus Florentinensis Sanctarum Dei Ecclesiarum Venerabilibus Episcopis. Rodulfus Florentinensis item Rodulfus Voloterrensis, Petrus Comitibus, Teopaldus

Digitized by Google

dus Gisprandus, Elmingus, Andreas, Lambertus Judices, Domni Imperatoris, Mainardus Ildeprandus, Voso & Griffo filio eius Sigifredus de Naxano, Tato, Gutefredus filio Lamberti, Grausulfus Archidiaconus, Franco, Petrus qui & Rolando, Rainerius & Gariardus germani & reliqui plures, ibique eorum veniens presentia Petrus Abbas Ecclesia monasterio Beate Sancte Flore & Sancti Andree sita eodem Comitatu Aretino una cum Atripertus Judex eius & ipsius Abazie Avocatus nec non & ex alia parte Walcherius filius bone memorie item Walcherii una cum Valcherius filio suo altercapsiones inter se habentes & retulerunt ipse Petrus Abbas una cum suprascripto Atripertus Judex eius & ipsius Monasterii advocatus abemus et detinemus ad proprietatem ipsius Monasterii beate Sancte Flore & Sancti Andreo ad proprietate Casis & rebus illis juris ipsius Monasteri quibus sunt positis in locas & fundas nuncupante Montione & terra barbaritane & Martinense & quod plus est querimus ut dicat nobis iste Walcherius & item Walcherius Pater & filio qui ic ad presens sunt si Casis & omnibus rebus ipsis cum omnibus eorum pertinentiis a pars ipsius Monasterii comtendere aut contradicere querunt vel si ipsius Monasterii legibus propriis esse debent an non. Cum ipse Petrus Abas & ipse Atripertus Judex eius & ipsius Monasterii Advocatus taliter retulissent, sic ipsi Walcherius & item Walcherius Pater & filio dixerunt & professi sunt. Vere locis & rebus illis quibus sunt poxitis in locas & fundas nuncupante Montione & terra Barbaritana seu & Martinense vobis a parte suprascripto Monasterio nec contradicimus, nec contradicere querimus quia nec legibus possumus eo quod parti ipsius Monasterii legibus esse debent & nobis nihil pertinet ad abendum nec requirendum nec pertinere debet. Isactis & manifestacio ut supra facta rectum eorum omnibus ceu supra Judicum & Auditoribus paruit esse. Et judicaverunt ut iusta eorum altercapcione & mani-

manifestatione ipse Petrus Abas & Atripertus eius & ipsius Monasterii advocatus predictis Casis & rebus in locas & fundas Montione & Terre Barbaritana & Martinense parti ipsius Monasterii ad proprietatem abere & detinere deberet & ipse Walcherius & item Walcherius Pater & filio manerent exinde omni tempore taciti & contenti. Et in eo modo finita est causa & hanc noticia pro securitate suprascripto Monasterio fieri iussimus. Quidem & ego Rufinus Notarius Domini Imperatoris & jussione suprascripto Comiti Palatii seu Judicum admonicionem scripsi Anno Imperii Domni Hottoni gratia Dei Imperator Augustus, & item Hotto filio ipsius gratia Dei Rex Deo propitio sexto duodecimo die mensis Junii Indictione decima.

Otbertus Comes Palacii subscripsi

Hubertus Episcopus & Missus subscripsi

Everardus Episcopus interfui & subscripsi

Sichelmus Episcopus Scoe Florentine Ecclesie interfui

Zenobius Episcopus interfui & subscripsi

Hleuto Episcopus interfui

Helmingus Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi

Teutpaldus Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi

Lambertus Notarius & Scabino interfui

Signum manibus suprascriptorum Rodulfi & Petri Comitibus qui interfuerunt.

NUM. X.

BENEDICTUS PP. XIV. Dilecte fili Salut. & Apostolicam benedictionem. Cum sit nobis nuper repraesentatum Militares Copiae tum primi Regimenti tum aliorum Regimentorum qui in Etruria Carissimo in Xpt. Filio Nostro *Francisco* Lotharingiae & Barri Duci nec non ejusdem Etruriae Magno Duci in Romanorum Imperatorem Electo subjecta reperiuntur, praeter non pau-

cas

cas pecuniarum summas semper majores impendendas, infirmitates quoque non leves et incommoda non contemnenda pati cogantur, cum earumdem Copiarum Officiales & milites in quadragesima jejunia servantes, sicut tenentur, edere pisces, atque etiam tum dum piscibus ova & laticinia comedere debent. Nos sane postquam Literas, quas de consilio etiam quamplurium Artis Medicae peritorum hoc super negotio requisitorum alias nonnulli Venerabiles Fratres Etruriae Antistites dederant serio perlegimus ac mature expendimus. Tibi dilecte fili earumdem Copiarum moderno & pro tempore existenti Cappellano Auctoritate Nostra Apostolica tenore parentium facultatem concedimus, & impertimur ut cum Officialibus & militibus antedictarum Copiarum dummodo & donec expositae & adductae caussae subsitant, & permaneant, dispensas super esum piscium, olei, ovorum, & lacticinorum, & esum carnium salubrium iisdem officialibus & militibus in quadragesima concedas exceptis feriis IV. Cinerum, V. & VI. & Sabbato immediate sequentibus, omnibus diebus Vigiliarum in quadragesima occurrentium, omnibus ejusdem Quadr. feriis Sextis & Sabbatis & integra hebdommada majori sive Sancta, inclusa etiam Dominica Palmarum usque ad Dominicam Paschatis Resurrectionis. In hisce autem diebus ut praemittitur, exceptis omnino ab hesu carnium & ovorum & laticiniorum abstinere & piscibus dumtaxat & oleo aliisque quadragesimalibus cibis vesci debent. Quod vero jejunium & unicam commestionem exceptis solummodo diebus Dominicis semper sive cibis quadragesimalibus sive paschalibus vescantur, servare debent & tenentur. Praeterea tibi moderno & pro tempore existenti ejusdem primi Regimenti Cappellano facultatem itidem tribuimus & impartimur ut presentes nostras Literas & in eis contenta modernis & pro tempore pariter existentibus aliorum Regimentorum dictae Etruriae Cappellanis significes & eamdem quam tibi ut

D supra

supra concedimus facultatem unicuique eorum a Nobis sub iisdem modo, forma, conditionibus, & resrictivis concessum esse, & ipsos uti posse certiores facias. Decernentes praesentes Literas semper firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, tibique & illis ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus & per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorum Cardinalium Congregationes, nec non Apostolicae Sedis nuntios, & quosvis alios quacumque praeeminentia, & potestate fungentes & functuros judicari & definiri debere, ac irritum & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus etiam nostris Apostolicis ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVIII. Januarii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno quinto.

NUM. XI. BARTHOLOMMEO MINUCCIO

EXultaverat oppidum nostrum accepto primo nuncio deditionis Volaterranae Arcis ultro a confinibus factae. Sed paullo post intellecta Urbis directione ob culpam illius scelesti Veneti peditum Ductoris quem antea conduxerant male regentes Civitatem, tantus universus hoc oppidum maeror invaluit quod esset explicare difficilimum. Ego & omnis familia mea lacrymas continere non potuimus, nec patior intueri redeuntes milites in Galiam Cisalpinam onustos gazae vestrae multorum saeculorum. Sed nescio unde tanta ignavia orta sit quia Cives in deditione custodiam effracti muri reliquerint condu-

conductis peditibus. Erat enim custodiendus ille locus una cum suspectis portis a Civibus quousque ductores exercitus quietam Urbis possessionem accepissent; nam insitum est a natura militibus tam praesidiariis quam castrensibus predas ac direptiones appetere. At quid opus est verbis? Preterita magis reprehendi possunt quam corrigi. Non est desperandum a divina Bonitate nec a clementia Florentinae largitatis. Consula, quaeso, omnibus, juva omnes, nec ulla te ulciscendi cupido teneat. Plures enim comprehendit ultra Divina quam optandum videretur. De te ac de rebus tuis aliquid audire cupio. Vale.

Sarzan. 8. Kal Jul. 1472. Anton Hyvanus.

Segret. Vecchia di S. A. R. Filza XXXVIII. N. II.

NUM. XII. *Spese fatte per la sommissione di Volterra*,

Ai fanti, Soldati, e Cavalli per i due mesi di Maggio, e Giugno pagati fiorini	» 17850
Monizioni comprate e spese per portarle al Campo	» 6100
Spese degli Ambasciatori e Commissarj tenuti e mandati in varj luoghi.	» 1200
Spese ordinarie e straordinarie circa i fanti, Spie, poste di Cavalli, remunerazioni, ed altre cose simili	» 4563
Spese fatte a onorar il Conte d' Urbino, sue genti quando venne dal principio in Campo, e quando dal Campo a Firenze, e quando se ne andò solo, pel Vitto ed apparato della Casa ed Osterie.	» 1000
Ufficio per i Cancellieri, Notaj, Coadiutori, Proveditori, Camarlingo, Comandatori, famigli ed altri	» 1000
Spese de' Guastatori e Genti armate	» 1000
Cassati i Soldati tutti e fatte nuove condotte dei piú utili e più fedeli, e ridotto a fanti 1520., e Cavalli 210. per mesi quattro, che tanti in detto tempo si stima dover bastare per la Guardia di Volterra, ed altri Luoghi del Comune	» 13000
Per la Cittadella e Fortezza conferito del modo e del Luogo col Sig. Conte d' Urbino, e con altri intendenti, e per racconciar le mura rotte dalle bombarde	» 12000
Dipoi col tempo si potrà fare degli altri muramenti e degli altri provedimenti, benchè abbian ad essere di grandissime spese; i quali farebbero detta Città insuperabile da ogni esercito. Per la Casa da donarsi al Conte d'Urbino, Elmetto, broccato e bandiera dorata, bacini e borcali d' argento donati, e che si hanno a rifare	» 7500

Digitized by Google

Per bombarde rotte da racconciare con farne otto o dieci nuove, perchè sono cagioni in buona parte in simili casi della vittoria essendo bene far tali provisioni in tempo della pace per non aversi a mendicare „ 6000

E finita la condotta di quattro mesi esser necessarj de' fanti 1520, e Cavalli 210. aver a soldo disteso almeno per un Anno fanti mille, e Cavalli 210. circa, e per Volterra, e per gli altri Luoghi d' importanza „ 29000

„ 100000

che sono 120000 di suggello

NUM. XIII. Dilecto filio Nobili Viro Laurentio Medice Nostro secundum carnem Nepoti.

Segreteria Vecchia di S. A. R. Filza XXVIIII.

LEO PAPA X.

N, 106. DIlecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Non ignorat Nobilitas tua quantus favor debeat impendi provisionibus Apostolicis & rebus in Romana Curia judicatis, nec Te praeterat qua charitate complectamur Ven. Fratrem nostrum F. Episcopum Tyburtinum Cardin. Vulterranum. Propterea cum idem Cardinalis istuc mittat ad capiendam possessionem quorumdam Beneficiorum Ecclesiasticorum a Sede Apostolica obtentorum, & de quibus in ipsius favorem in Romana curia judicatum fuit. Hortamur Te ut ejus Procuratoribus & Nunciis in capienda dicta possessione ita assistas quod provisiones Apostolicae et Literae executoriales in eadem Curia obtentae plenum consequantur effectum, in quo Nobilitas tua Nobis rem aptatissimam atque gratissimam faciet. Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 8. Mart. 1514 Pontificatus Nostri Anno primo.

Jo. Sadoletus.

N. 107. Dilecti fili salutem et Apostolicam benedictionem. Famam et decus istius Comunis Patriae Nostrae et salutem animarum quae in illa sunt cupidissime quaerentes scribimus ad dilectos filios Priores et Vexillfe-

rum

rum Justitiae ut quemadmodum clementer et liberaliter restituerunt dilectis filiis Civitat. Volaterranae eorum agrum et Comitatum, quo post illum miserabilem casum multati fuerunt, ita rem pro animarum salute necessariam restituant Ecclesiae Vulterranae oppida, Domum Episcopalem, et statum quem ante dictum casum eadem Ecclesia in Civitate et Comitatu Vulterrano possidebat, quae non alia ratione occupata fuerunt nisi quia erant in Civitate, et illo agro quo totus fuerat Fisco adjudicatus. Et quod flagitamus est adeo justum et decorum, adeo animabus necessarium, ut credamus eosdem Priores et Vexilliferum nostris exhortationibus et precibus esse satisfacturos. Sed cum Tu huic voto nostro plurimum possis prodesse hortamur Te ut quandocumque de hac re contigerit fieri mentionem, Tu omni ope, sedulitate, quod aassistas atque in Te geras quod in consequendis oppidis jurisditione Domo Episcopatui aliisque possessionibus praedictis Ecclesia Volterrana restituatur poenitus in statum in quo erat ante illam calamitatem, et nullam rem hoc tempore nobis aut gratiorem aut jucundiorem praestare potes. Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 10. Mart. 1514. Pontificatus nostri Anno primo.

Jo Sadoletus.

NUM. XIV. *L'Ammirato nelle sue note a penna pag.* 107. *riporta l'infrascritta memoria trovata nel Duomo di Volterra alla Cappella di S. Ugo detta di Barbialla.*

ANno D. millesimo centesimo octuagesimo quarto ab Incarnat. Domini N. J. C. die vero 8. Sept. in Nativitate Gloriosissimae Virginis Mariae Sanctae memoriae *Ugo* Episcopus diem obiit in Sacrosanta Vulterrana Ecclesia Devotissimus Clero quodam Marmoreo Sepulchro honorificentius sepelivit in quo prius per Annos centum quadraginta sex Gunfredus Episcopus quiesce-

sce-

Digitized by Google

scebat, ac etiam post eum per annos quinquaginta quatuor b. m. Rogerius quidem Archiepiscopus Ecclesiam Vulterranam primum insimul et Pisanam cum ea utramque postea diligentissime rexit eodem tumulo clausus est. Post mortem vero praefati B. *Ugonis* tempore unius Anni delapso 4. Non. Febr. videlicet die Purificationis Gloriosae Virginis Mariae visum est idem Sepulcrum aquam ad instar liquoris diffundere ad quam multi variis aegritudinibus gravati devotissime confluebant. Cuius aquae untione cujus manus contractae erant illico sunt extensae, coeci illuminati, surdi receperunt auditum, et nonnulla alia mirabilia estensa sunt, prout Domino placuit, multi diversis languoribus, doloribusque liberati sunt. Hanc illius aquae particulam ad Laudem et Gloriam Omnipotentis Dei, et B. Virginis Mariae, omniumque Sanctorum et ad perpetuam illius virtutis et gratiae memoriam retinendam Presbiter Mathaeus dictae Ecelesiae Volaterranae Canonicus diligentissime et accuratissime omni habita reverentia recolligere curavit, in qua quidem Eeclesia haec omnia miracula et signa ostensa sunt.

Simil memoria si rileva ancora, ma con qualche variazione, da un Codice MS. Membranaceo della Pubblica Libreria donata dal fu Monsig. Mario Guarnacci.

NUM. XV. *Lettere scelte da un Codice MS. cartaceo in foglio esistente nella Pubblica Libreria di Volterra. E' questi un Registrario di Lettere del Vescovo Filippo Belforti che comincia dal 29. Nov. 1349. Ind. II. e l'Anno della sua elezio e al Vescovado, e termina nel 17. Giugno Ind. XI. che corrisponde all'Anno 1357., dopo di che segue l'Indice delle Lettere non compite.*

I. *Nobili Viro Magistro Guillelmo Margarite Magistro Hostiario Domini Papa Amico Karissimo.*

AMice Karissime. Mittimus vobis robam vestram cum fodero et sic anno quolibet transmittere intendi-

tendi mus toto tempore vite nostre. Si non est honorabile ut deceret et Vobis etiam non facimus que essent convenientia per Nos fieri, nos habere placeat excusatos, nam propter mortalitatem praeteritam redditus Vulterrani Episcopatus quasi ad nihilum devenerunt, et ista Provincia est quasi totaliter desolata. Ad pedes Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Summi Pontificis nos recommendetis humiliter et devote die 27. Jan. Ind. III.

Phylippus.

II. *A Lamberto Lamberteschi Mercante in Vignone.*

AVendo inteso che eravate contento che la roba de' nostri familiali che dovevate portar Voi portasse Bartolo vostro fratello li mandammo quella dell'Anno passato, benchè noi saremmo poi contenti che l'aveste costà, ora abbiamo mandato quella dell'Anno presente a Jacopo d'Alberto degli Alberti a Firenze, pregandolo che la mandi a Voi, e dirla a Bartolommeo si è di suo piacere.

Mandiamvi questa roba de' nostri familiali e preghiamvi che la diate da nostra parte a Guglielmo Margarita maestro Uscieri di Nostro Signore Messer lo Papa, e comprate uno fodero all' usanza di Corte e datele colla robba.

Ricevemmo le Lettere del pagamento che faceste per Noi alla Camera di Nostro Signore Messer lo Papa, le quali ci mandaste, e come eravamo certi così vediamo per opera l'amore che ci portate di che assai vi ringraziamo per voi e per bartolo, e per gli altri vostri siamo sempre apparecchiati di fare ogni cosa che potiamo, quando vi venissi entrato a Nostro Signor Messer lo Papa a piedi suoi caramente e reverentemente ci raccomandate. die dicta.

III.

III. *Petrino Naddini Belantis de Senis*.

SOpra fatti di Montalbano non ricevemmo niuna vostra Lettera se non quella che ci recò Luca Orass alla quale vi rispondiamo che a noi e ai nostri sarebbe grandissimo piacere che la quistione di Montalbano si levasse acciocchè i Cittadini di Volterra fossero amici e figliuoli del Comune di Siena come sono e nostri, ma considerando che come voi sapete, più volte Ambasciatori per parte di questo Comune per torre la questione predetta sono venuti costà e non anno avuto effecto, dubitiamo che mandandovi ora, e non si fornisse, che isdegno ne gli animi dei Volterrani più non ne nascesse, e però a noi non pare il migliore di mandarvi se non in quanto voi eredeste, e consigliasteci, che questo potesse avere effecto, e se ciò credete per lo latore della presente ci rispondete, e voi ora che vi ritrovate costì farete bene di operare che a questo si dia effecto. 21 Febr. tertia Ind.

IV. *Petrino Naddini de Senis Amico Karissimo*.

PEr certi facti di pietà e misericordia d'uno Spedale per noi nuovamente hedificato in Volterra mandiamo a Voi Ser Biagio di Giovanni Notaro nostro caro Cittadino, al quale in quello che di nostra parte vi dirà vi piaccia dar piena fede, come alla nostra persona, e perchè siamo certi che in opere di misericordia va afaticate volentieri, vi piaccia allo spaccio suo dare el vostro buon consiglio ajuto e favore. 9. Aprilis.

V. *Ser Taviano Fedis Not. Nob. Consulum Mercantie Senarum*.

PRo quibusdam negotiis hospitale Beatorum Apostolorum Jacobi et Joannis, de via nova Civitatis Vulterre coram Dominus Consulibus Mercantie Civitatis Senarum explicandis providum virum Ser Blaxium Joannis Notar. Civem nostrum dilectum transmictimus, cui in

hiis

hiis que tibi pro parte nostra retulit placeat fidem credulam adhibere. Dat. Vult. sub nostro secreto Sigillo die 9. Aprilis.

VI. *Venerabili Patri Domino Lapo Abbati Monasterii Sancti Miniatis ad Montem Florentie fratri Karissimo.*

FRater karissime. Reversi de Romana Curia regimine Volaterrane Ecclesie honorati, eamdem regere cupimus ad laudem Omnipotentis Dei suadente Justitia de consilio peritorum et maxime vestri, propter affectionem sinceram quam ad bone memorie genitorem nostrum, nosque et alios nostre domus vos semper recolimus habuisse. Deinde propter debita occasione nostre promotionis in Romana Curia contracta, et etiam pro recuperatione nostri Casseri de Berignone, volentes a nostro Clero consequi provisionem nobis a jure permissam vellemus et optamus eamdem prout sicut et quantum nobis a jure permittitur nostris imponi facere Clericis, et ab eisdem exigi facere, et non aliter seu ultra, Quare fraternitatem vestram precamur quatenus nobis per vestras placeat Literas intimare, quod et quantum nobis a jure conceditur, et quomodo et qualiter in predictis procedere debeamus, in hiis enim et aliis secundum vestrum consilium procedemus 8. Jan.

VII. *Domino Episcopo Senensi.*

REverende Pater. Sacerdotum necessitas ad quam nunc devenit nostra Vulterrana Diocesis et maxime nostra Ecclesia Vulterrana quia de paucis qui ex mortalitate supererant multi ad Urbem pro obtinenda indulgentia perrexerunt, nobis prestat fiduciam quam a paternitate vestra petimus gratiam obtinere, sane quia in dicta nostra Ecclesia duo dumtaxat presbiteri aliis Ecclesiis Civitatis quasi Rectoribus et presbiteris destitutis ipsis duobus in divinis et populo considerato Jubilei et quadragesime tempore est impossibile deservire, ex quo afflicti corde vestram paternitatem exoramus

instantius quatenus opportunitati hujus nostri compatentes intuitu presbitero Buonaccursio Chelini de Sancto Geminiano Nostre Vulterrane Diocesis quod ad nobis serviendum in dicta Ecclesia accedere et morari valeat dignemini, ut indubie credimus licentiam impertiri. Nos quidem parati sumus ad queque conformia votis vestris. 9. Marzii Ind. III.

VIII. *Domino Marco de Bartholomeis de Luca Vicario Domini Potestatis Sancti Miniatis.*

KArissime Noster. De faciendo vos eligi ad Conservarie Officium Civitatis Vulterrane pro semestri tempore liberaliter et gratiose providimus, quam elettionem vobis trasmitti procurabimus sine mora, licet autem credamus vos in dicto officio instructum et doctum, deliberavimus de ipso, familia et salario vos aliqualiter informare, habet equidem dictum officium plures partes, prima est appellationum ad quas scribendum more solito Cives Notarii eliguntur, secunda Conservarie, tertia exactionis gabelle et ad utrasque vos expedit sufficientem habere Notarium cum utrumque sit officium ponderosum, et exactio gabellarum potius ad Notarium quam ad vos ratione honoris, nuper est etiam Domino Conservatori offitium dapnorum datorum, macellatorum fontium viarum et pontium attributum cum uno Notario qui decipi sepe posset nisi Scriptura et industria eum doctum redderet et expertum. habet etiam partes alias extraordinarias dequibus hic poteritis informari. Salarium est li. VI. in sex mensibus cum duobus notariis fidis virtuosis et providis, et sex famulis expertis et bonis, et dicti officii est principium in medio mense Julii nunc venturi, nam tunc Conservatorem nostrum licentiamus ad Mercantie Officium Florentiam progressurum. Igitur ad veniendum tunc infallibiliter vos parate talibus officialibus et famulis quod vester honor augmentetur et fama nosque de vestri et vestrorum Officialium et famulorum regimine gloriemur. Dat. Vult. die 24 Junii 1351.

IX. *Comuni Florentie.*

MAgnifici Domini. . . . Priores Gubernatores Civitatis Vulterre magnificentie vestre scribunt conditiones et nova que sentiunt et similiter nos sentimus que cum parare novitates et scandala in tota Tuscia arbitremur avidi ipsis scandalis posse tenus obviare magnificentiam vestram affectuose precamur quatenus predictorum reparationi de opportuno remedio celeriter providentes de gente vestra armigera ut ex paterna affectione debetis in favorem Vulterranorum devotorum filiorum vestrorum illam quantitatem transmittere sine mora dignemini quam credideritis convenire, ut favor vester precipuus quam predictorum Civium unitas pro certo expectat eorum malevolos terreat et eos ab omni hostium formidine tueatur. Vulterris 18. Maii hora primi somni Ind. 3.

X. *Sacre Regie Majestati Jerusalem et Sicilie.*

SErenissime Princeps et mi Domine singularis . . . . Viri Nobiles et potentes de Domo Tolomeorum de Senis veri semper Servitores et devoti fideles Sancte Romanorum Matris Ecclesie Vestre Majestatis et Progenitorum vestrorum mihique fraterna amicitia dilectione, et parentela conjuncti scientes devotionem sinceram quam ad vestram habeo majestatem vacante Senensi Ecclesia que ut plures sunt menses jam vacavit nec in actu reformationis existat me requirunt ut Vestrae Excellentie scribam ut ex parte Majestatis ejusdem Domino Summo Pontifici, Domino Ostiensi et Domino de Bellefort. vestre litere dirigantur quatenus idem Dominus Papa vestre Celsitudinis interventu providere dignetur Ecclesie de Venerabili Viro Domino Luca de ipsarum progenie Canonico Basilice Principis Apostolorum de Urbe et quod Domini Cardinales predicti operentur in omnibus quidquid possunt ut eidem Domino Luce assistant favoribus opportunis. Quare cum predictus Dominus

minus Lucas mihi notus experientia et conversatione laudabili, sit vir preditus scientia, literarum honestate et moribus circumspectus in Spiritualibus providus, et multis virtutibus insignitus, propter cujus merita sueque Prolis et Nobilitatis potentia probabiliter spero predictam Senensem Ecclesiam salubriter et utiliter gubernari et quod ejus promotio vestris obtenta suffragiis ad exaltationem cedat serenitatis ejusdem, ipsumque et suos habeatis magis ex debito licet sint fidelissimos servitores Excellentie vestrae humiliter supplico precibus quibus possum quatenus dignemini vestras literas supplicatorias pro eadem Domino Nostro Papa et dictis Dominis Cardinalibus et aliis quibus et prout vestra Majestas decreverit convenire pro votivo intentu Ecclesie supradicte.

Nova et conditiones que in his sunt partibus statum meum et meorum scribo Domino Nicholao Magno Regni Sicilie Senescalco ut referat excellentie vestre ea que mandare dignetur mihi servitori ejusdem Majestatis fidelissimo et devoto, si qua hic vel alibi eidem Majestati grata valeo operari. Celsitudinem vestram prospere conservet Altissimus per tempora diuturna. Dat. Vulterri die 13. Junii 4. Ind.

Serenitatis Vestre Creatura devota
Philippus Vulterranus Episcopus.

XI. *Serenissimo Principi et Domino Domino Ludoyce Dei gratia Jerusalem et Sicilie Regi suo Domino singulari.*

SErenissime Princeps, et Illustrissime Domine Majestatis vestre receptis literis gaudio et letitia exultavimus ex ipsis inspicientes aperte pacem et concordiam inter Serenitatem Vestram et Regem Ungarie in Romana Curia esse firmatam per Apostolicam Sanctitatem. Unde dicimus verbum illud hec est dies quam fecit Dominus exultemus et letemur in ea, pro certo enim spera-

Digitized by Google

speramus secuturam in brevi reintegrationem Regni Vestri perfectam que ad exaltationem cedat vestre Regie majestatis quam debent omnes Guelfi et maxime Tuscie Nosque presertim qui vestre Celsitudini ex debito sumus obnoxii prosperitatem vestram zelantes in intimis ad expulsionem votivam de regno raptorum et predonum ac aliorum qui hostilibus discursibus rapinis et predis elicere post bona sanguinem a regnicolis incessanter conantur totis viribus totoque exfortio anelare sed quod dolentes referimus majestas vestra non novit, ut credimus, quod gens Domini Archiepiscopi Mediolanensis circa IIII. m. equitum armatorum et circa cc. banderias peditum sub Domini Johannis Vicecomitis ductu pro occupanda Provincia Tuscie per partes Pistorii in Territorium Florentinum intravit, et prope Pistorium diebus pluribus stetit deinde versus Florentiam veniens apud Campi et Peretolam et pluribus diebus ibi manens discurrens versus Florentiam omni die defectu victualium apud Barberinum in Mugelli partibus se reduxit et ibi est committens incendia predationes derobationes et alia multa mala, Tuscorum enim sanguinem apertis sitiens faucibus ipsos in servitutem suam reducere sibi libertate eorum more tirannico subjugata, et ut dictus Archiepiscopus sue tirannidis possit totaliter propositum obtinere Domino Piero et aliis Nobilibus de Petramala ac de Ubertinis de Aretio prius confederatis eidem VCC. equites ad stipendium suum misit de gente illius societatis perverse que dicebatur in forlivio congregari quorum est Capitaneus Comes Landus Nepos Ducis Guarnerii de Alamannia, qui in partibus Vallis Arni inter Florentiam et Aretium nunc super Florentinos nunc Aretinorum Territorio discurrunt occisiones hominum incendia et depredationes continue committentes. Cum Cujus etiam Archiepiscopi gente Ubaldini de Alpibus cum eodem primo confederati Firenzuolam totaliter destruxerunt similia in vicinis partibus

com-

Digitized by Google

committentes. Et ut undequaque Civitatem Florentinam possit invadere Pisanos pluries requisivit ut contra Florentinos una secum ponerent potentiam eorumdem qui de sua libertate timentes ne cum Florentinis postea subjugentur usquemodo efficere distulerunt. Et quia dictus Archiepiscopus eosdem Pisanos non cessat requirere si ipsius voluntati parebunt remanebunt Florentini obsessi sine remedio circumquaque ad cujus tam pessime gentis confusionem finalem insurgentes omnes Guelfi de Tuscia vias singulas eis precludere moliuntur et cumulata per Florentinos sua et amicorum potentia requisita ut sperant in brevi habituri sunt tria millia equitum armatorum quos ex opposito dicte gentis intendunt obicere ad conservandum et defendendum Territorium eorumdem. Et sic nos ab eisdem cum aliis requisiti in eorum auxilium misimus nostrum exfortium equitum et peditum Domini Bocchini fidelis vestri germani mei Episcopi sub conductu. Unde serenissime Princeps si nostrum exfortium ut cordialiter optamus ad vestra servitia presentialiter mittere non valemus dignetur Celsitudo vestra ex predictis nos recipere excusatos efficaciter operaturos ad posse nostrum exfortium a Florentinorum servitiis revocare et revocatum secundum Dei auxilium secundum vestrum continentiam litterarum mittere ad majestatis vestre mandata ad quorum obedientiam reddimur semper prompti. Dat. Vult. die 23. Aug. 4. Ind.

Majestatis vestre devoti fideles

Phylippus Episcopus) Vulterr.
Regimina)

XII. *Magnifico et Potenti Domino Domino Raymundo del Balzo Regni Sicilie Comiti Camo.*

MAgnifice Domine hec est dies quam fecit Dominus exnltemus et letemur in ea. dum ex literarum vestrarum receptione per Johannem de Montorio se vestrum

strum asserentem Cursorem latorem presentis aperte cognovimus pacem inter Dominum nostrum Dominum Jerusalem et Sicilie Regem et Dominum Regem Ungarie concorditer coram Sanctitate Apostolica celebratam et liberationem regalium in Ungaria detentorum absque alicujus solutione pecunie addentes coronationem dicti Domini Nostri Regis ab eadem Sanctitate obtentam pro certo secuturam in heri Domino concedente ex quibus gaudio et letitia exultamus sperantes indubie divina annuente Clementia exaltationem prosperam dicti Domini Nostri Regis futuram nobis creature majestatis ejusdem acceptam et affectatam diutius in intimis cordis nostri que sic nobis gratissima nostrum etiam animum jocundarunt eo quod certi reddimur vestri solerti diligentia procurata. Dat. in Arce nostra Berignonis die 25. Mens. Febr. Ind. 5.

XIII. *Nobili Viro Blaxio de Salimbenis de Senis in exercitu prope Casulas Amico Karissimo.*

ALla vostra Lettera rispondiamo che secondo Iddio e la ragione e per giuramento facto a nostro Signor Messer lo Papa noi siam tenuti di racquistare e mantenere le ragioni del nostro Vescovado a nostro potere, e come crediamo che sapete Casoli di ragione appartiene al Vescovado di Volterra liberamente, e gia Voi el vedeste per lo Vescovado possedere. Poiche noi nol potiamo possedere dire che dessimo per diretto e per obliquo alcuno ajuto favore nella occupatioue di quello ci sarebbe di grandissimo proiudicio a l'anima nostra ne nol potiamo fare e se in Corte di Roma si sapesse ne potremmo portare grande pericolo, di che ci grava se non vi potiamo servire di quello che ci richiedete e per le decte cagioni vi piaccia di averci per scusati apparecchiati sempre in ciascun altro caso in ciò che potiamo a ogni vostro piacere se nostri da Volterra v'anno mandato gente vi diciamo che non è di nostra

stra conscienza, e come con salva conscienza ciò si possa fare Iddio el sa.

Tebaldino de' Giandonati col suo compagno per la ragione che jeri scrivemmo a Voi e a vostri compagni viene costà a cui aviamo detto per honore di Voi e bene di lui che a voi faccia capo, e con voi si ristringa di ciò che bisogna. dat. Berignone die 22. Julii Ind. 5.

XIV. *Vicario Gonfalonerio Communi et hominibus Montalcini dilectis meis*.

DUbitantes per ea que communiter asseruntur de ista perfida et nequam Societate et volentes circa nostri et vestrorum bonorum conservationem et salvamentum de indigentibus vel necessariis pro custodia Castri nostri de Montalcino salubriter providere. Quapropter ad vos mittimus dilectum atinentem Nostrum Guerrerium Jacobi de Vulterris latorem presentium circa reparationem, fortificationem et custodiam dicti Castri de nostri intentione plenarie informatum et in talibus pratichum et expertum. Unde in his que pro nostri parte Vobis dixerit fidem credulam adhibentes obediatis ut nobis dat. Vult. 8. Jun. ind. 7.

XV. *Sacre Jerusalem et Sicilie Regie Majestati*.

SErenissime Princeps et Domine mi Rex postquam nova que tunc erant in partibus istis duxi vestre Celsitudini describenda non occurrit mihi quamvis ad id diligenter attento aliquid novi quod Majestati vestre cognoverim referendum quod in his que statum ipsius respicerent solicite fecissem et procul dubio facerem cum presentiali ad eam si expediret accessu, nec in hoc laborem quemlibet recusarem. Nunc autem que presensentialiter adsunt duco per latorem presentis referenda. Nuper omnis hec perversa Societas armatorum numero copiosa, cujus fr. Morialis et Comes Landus Duces et Capi-

Digitized by Google

Capitanei se faciunt revocari recedens de Mushia Ancone et veniens Tusciam primo invasit Comitatum Perusii set cum modico dapno. Subsequenter postea Senensem districtum intravit propter quod Senenses cohati sunt se in XIII. m. fll. redimere ab eadem. Et deinde Territorium Aretii subintravit de quo heri recedens asseveratur veraciter quod Comitatus Florentie hodie versus partes Vallis Elsa et subsequenter Comitatum Pisanum sit posset . . . intraturam cum intentione depopulandi et devastandi Comitatus prefatos si dictarum Civitatum Comunla per pecuniariam grossam redemptionem prefate Societatis homines ab hoc malo proposito non decreverint retrahendos, pro qua redemptione obtinenda quidam Rucc. Theotonicus olim Stipendiarius dicti Comunis Florentie nunc in ipsa Societate existens fuit ad hoc tractandum hiis diebus. Verumtamen Comunitates predicte Florentia videlicet et Pisa ad hec simul ligata ad iis hostiliter resistendum separant viribus quibus hec vestra Civitas et alique alie Universitates circum adjacentes toto posse assistent ut eorum conatus reprimant et nosios appetitus nec videre possibile quod eis sit comodior transitus in Pisarum districtum quam per hujus vestre Territorium Civitatis, et sic hanc Provinciam Tuscie vestando ignominiose distruunt et hec propter modicam concordiam quam nostris causantibus peccatis invicem obtinentibus. Fertur etiam quod post hec Societas ipse ad partes Lombardiae ad stipendium Domini Mediolani transire debeat, et eos quos volunt inimicos aliarumque usque ad octo menses continuos et per modum Societatis ut est, quamvis asseveretur quod per Venetos et alios Lombardos cum ipsis colligatos ipsa Societas ut eorum tollac stipendium fuerit instantissime requisita. Attamen eorum votum sic.... unum dicentes et aliud facientes quod ipsorum futuros motus nisi per presuppositiones verisimiles penitus ignorantur, timendum est valde quod si dicti Mediolanensis

F Do-

Domini stipendiari ut firmiter creditur Comitatum Pisanum intrent nimium non supersedeant in eodem. Et armata Janne facta per eum ex alio latere per mare non descendat in hac provincia et sic conentur ejusdem Provincie status ponere in mynam. Super novitatibus aliis in Civitate Bononie nuper occursis et in partibus Lombardie licteras quas noviter habui a Jacobo de Guazelotis de Prato Majestati Regie ad clariorem informationem mitto ptesentibus alligatas. Alia subsequentia nova que de Societate occurrerint successive per Jacobum vocatum grande de Senis cursorem qui noviter cum vestre Serenitatis ad me venit quam hac sola causa hic tenere sine mora disciebam. Excellentia vestra cujus me intrinsecus recommendo incolumem conservet Altissimus per tempora longiora. Dat. Vulterris die ultima Junii Ind. VII. Majestatis vestre creatura devota.

Phylippus.

XVI. *Serenissimo et Invictissimo Principi et Domino Nostro a Domino Karolo Dei gratia Romanorum Imperatori semper Aug. et Boemmie Regi.*

Illustrissime Princeps et Domine noster novitates noxie quas Senis pro certo et Pisis ut fertur antiquus hostis seminavit et seminat in fama vestri Divi Numinis ruinam et dispendiosum anfractum status pacifici harum partium que ex jocundo adventu vestri culminis in manu potenti sperabatur per omnes Sacri Romani Imperii fideles ut plurimum perseverari et quod oppressum fuerat salubriter sublevari me devotum fidelem vestrum ex sincere devotionis affectu impetuose compellunt ad pedes sacre majestatis vestre transmittere Nobilem Virum Franciscum de Guazalotis de Prato presentium delatorem cui utpote prudenti et probato viro zelantique vestre Serenitatis augmentum imperiali vestre celsitudini ut si in persona propria eamdem alloquerer dare placeat plenam fidem. Supplicans attente junctis mani–

manibus et flexis genuis cordis mei quatenus orantes ad Dominum Redemptorem nostrum cujus in temporibus precipuum geritis principatum voluntarios propriorum subditorum ad quos respiciunt oculi totius Israel quiete more illustrissimorum predecessorum vestrorum quiete labores utiles appetatis noctesque propter id si expedit ducentes insapmnes cum consilio predictum nobilem harum partium fidelium vestrorum, et experientia probatorum reparatis collapxa celeriter remediis opportunis ita quod veri obedientes exultent et inobedientes protervi de veris obedientibus non deridant et occasionem sumant obstinatius delirandi. Et si per me fidelem vestrum aliqua agenda vestra Celsitudo convenit promptus sum semper vestris imperialibus juxibus obedire. Imperialem Celsitudinem vestram in augmentum salubre et successus prosperos cum salute conservet Altissimus per tempora longiora: Dat. Vulterrae die 22. Mens. Maii 8. Indiz.

XVII. *Illustrissimo et invictissimo Domino Nostro Domino Karolo Dei gratia Romanorum Imperatori semper Augusto et Boemie Regi.*

POst Celsitudinis vestre recessum de partibus istis que ipsarum incole pro dolore clamantes ascribunt fore contra honores cesareos et illustres sustinendorum onerum appetitus non fuit in corde fideli et ad id avido de successibus et sospitate corporis et fame non minus Majestatis prefate prompta notitia quam etiam per culmen vestrum nisi dumtassat non sit hac imprudens audacia flagranter expecto et exposco humiliter et instanter. Partes iste presertim Provincia Tuscia etiam plus solito desolationis deplorant incomoda et Remigis..... detestantur Civitates Lucana et Massana remanserunt sine Civibus in vasta solitudine derelicte. Pisana et Florentina in eo quem decrevistis statu persistant. Senenses autem per artistas mechanicos in furenti justitia, et

 pru-

prudenti ordine correspondenti regentibus earum appetitu voluntario gubernatur, Brugensibus quos militare decus honorat et aliis optimatibus quos laudabilis virtus honestat penitus non admissis. Hoc vero Vulterranum oppidum in unitate Civium et sinceritate mentis una cum fratribus meis, et me sub Serenitatis vestre obedientia et dominio manet firmum, et nisi hoc esset unitate munitum a vicinis fortioribus procul dubio glutinentur, qui nos verbis persecuntur et cantibus propter hobedientiam recognitionem et receptionem sic a nobis pure et libere majestati vestre factas et prostitas in adventum et Dei mediante auxilio unitatem Civium et ipsorum erga fratres meos et me dilectione sincera Civitatis loco eminenti et forti Civitatem ipsam indubitanter servabo ad majestatis vestre fidelem obedientiam et mandata. Sussuratur undique gloriosi Principis redditus speratur et prestolatur cum letitia spiritus interim ut sui debiti nodum solvat, obsecro ergo quod subsequatur effectus quia firmiter recuperationi et reparationi demum facile locus erit. Nam universi qui alias vestre majestatis presentiam fictis animis exposcebant puris nunc mentibus non cessant aliud clamitare, et maxime quia vident malam dispositionem et indiscreta regimine plebaiorum. Ut sit hic qui cantet Domino simul misericordiam et judicium et . . . Generosum animum culminis vestri nutriat labor ut debet more cesareo sine timore sudoris sine pavore tremoris consecuetque Altissimus incolumem per tempora longiora. Dat. Vult. die 7. Mens. Octobr. 9. Ind.

XVIII. *Magnificis Viris Dominis D. Duodecim Gubernatoribus et defensoribus e Reipubl. Civit. Senarum Amicis Karissimis.*

AMici Karissimi Jamdudum a tempore de cujus inicio vel contrario non est memoria Episcopi Vulterrani qui pro tempore fuerunt perceperunt fodrum annua-

nualiter continuum in terra Fruosini sicut manifestum et notorium est. Et in multis aliis terris et locis districtus Pisani Florentini Vulterrani et Sancti Miniati. Et pretendit Episcopatus Vulterranus hoc jus de jure et de consuetudine, nec unquam regimina Civitatis vestre et predictarum aliarum Civitatum et Terrarum Tuscie se opposuerunt huic nec solvere debentes aliquoties subtrasserunt a solutione prefata. Et ideo ut sapientes bene videtis qualiter possemus et debemus hoc jus Ecclesie nostre preterire. Quare placeat amicitiae vestre juris et nostri intuitu quatenus in prefata Terra de Fruosini permissum fodrum colligatur pro nobis ab iis quos deputavimus et per quos est consueta fieri collectio. Andream portitorem literarum vestrarum super hac materia non vidimus et ideo responsum earum quod per eum non potuimus faciemus per presentem quem ad hoc duximus destinandum. Qui parati sumus ad omnia grata vobis. Dat. Vult. die 29. Octobr. 9. Ind.

XIX. *Reverendo in Xpto Patri et Magnifico Domino Domino Marquardo Dei gratia Augustensi Episcopo pro Imperiali culmine Pisarum Capitaneo et locum tenenti Amico Karissimo.*

Reverende Pater et magnifice Domine. Ex insinuatione sollicita Martini Cancellarii mei percepi quibusdam insurgentibus novitatibus minus gratis pacis... in Civitate Pisarum quas molesto nimis animo audivi ipsum ad vestram dominationem juxta mee intentionis affectum de qua est plenius informatus accessisse personaliter me et mea offerens ad omnia vobis grata quod mihi tanto fuit acceptabilius quanto non expectato mandato ubi exigebat necessitas fecit ejus mei predicti servitoris prudentia quod optavi. Ceterum mi D. R. exortor in Domino vestram animi invictam constantiam actenus in adversis ut ad soliti valoris recurrentes presidium viriliter et constanter agatis quidquid

pro

pro conservatione honoris et glorie Sacri Romani Imperii Juribusque Serenissimi Domini mei Imperatoris occurrens queque novitas exigebit. Quoniam non magna est gloria bene regere dum accidet prosperitas se gubernantis virtus appareat dum contingit in adversis subiectam Patriam gubernare. Memores vos esse decet ipsam precipue Civitatem Pisarum Sacri Romani Imperii alupnam fuisse et in partibus Italie fuisse refugium ab eo tempore cujus memoria non existit omnium Augustorum. Quapropter hic opus est ut vestram prudentiam animi fortitudinem et mentis legalitatem et fidem ostendatis. Ad cujus auxilium debitum et favorem magis facto quam verbo prompto animo et libenter paratum explico meum possetenus juxta quod mihi insinuare dignabitur vestre dominationis obedienda magnificentia sine dilationis morula vel obedientie tarditate. Dat. Vult. sub meo secreto Sigillo die 6. mens. Mart. 9. Ind.

XX. *Magnificis et potentibus Dominis Antianis Pisani Populi Amicis nostris Karissimis.*

AMici Karissimi. Intelleximus quod inimico homine suadente in Civitate vestra certa novitas et materia scandali videntur noviter esse suborte. Que res nos vehementer affecit dolentes. Quapropter vos affectuose rogamus quod resistentes pernitioso semini tanti mali, circa unitatem Civium, et bonum et pacificum vestre Civitatis statum quem ut proprium affectamus, sincero corde et vigilanti custodia intendatis. Vobisque nos et nostra ut vestra propria offerimus affectuose ad vestri beneplacita, et mandata. Dat. Vulterr. sub nostro secreto Sigillo die 4. Mart. 9. Ind.

XXI. *Sacre Jerusalem et Sicilie Regie Majestati et excellentie Reginali.*

ILlustres Principes et Domini mei. Liberas Majestatis vestre denotantes eventus prosperos quos in recuperatio-

ratione Civitatum, Terrarum, et Castrorum, et presertim Civitatis Massane Insule vestre Sicilie, et reintegrationem ipsarum ad justum et rationabile dominium vestrum divina justitia tribuens finaliter unicuique quod suum est Celsitudini Regie arridenti fortuna hiis temporibus propinavit heri cum summa cordis letitia portatas percursores majestatis vestre recepi. Quibus reverenter assurgens ex illaratis sensibus mente sincera cunctas levavi manus ad Celum referens gratias effusis pro gaudio lacrimis Domino Deo nostro qui dignatus est auspitie Serenitatis vestre in vestra etate juvenili et florida exaltare feliciter incrementis supplicans quatenus gloriosa primordia divinis favoribus felices exitus de bono in melius persequantur. Exoransque ex pura fidei sinceritate ut nunc dum tempus suadet etas et debitum exigunt ad recuperationem residui dicte vestre Insule indefexam sollicitudinem dextram vestre excelse potentie extendatis. Recolentes verbi illius sapientis Romani ad Cesarem dum trepidant nullo firmate robore partes tole moras semper nocuit differre paratis recuperatas gentes, sic sub salubris justitiae regula disponendo quod in fidelitate roborentur, et recuperande ad ipsam capessendam fideliter animetur, ut succedat eidem Majestati quod scribitur dum ut justus sederit supersedere non adversabitur sibi quicquam maligni. Quam conservet Altissimus incolumem per tempora longiora. Dat. Vulterr. 9. Mart. Ind. X.

XXII. *Domino in Xpto Patri et Domino Domino Innocentio divina Providentia Sacrosante Rom. Ecclesiae Summo Pontifici.*

Beatissime Pater. Sanctitatis vestre literas cum ea qua decuit reverentia et humilitate recepi in effectu continentes quod Reverendissimo in Xpto Patri ac Domino meo Domino Egidio Episcopo Sabine Apostolice Sedis Legato adversus nephandam societatem que

tunc

tunc accessum in Romandiole Provincia dicebatur auxilium impenderem quibus humiliter respondeo presentes quod etsi prefatus Dominus Legatus ut notorie fertur cum eadem detestanda societate fuerit, et sit in concordia ut nullas contra Terras Ecclesie Sanctitatis vestre obedientes inferat noxiam novitatem. Et licet jura et bona vestre Ecclesiae Vulterr. mihi commissa a longe retrohactis temporibus nunc per potentes Civitates circumvicinas fuerint et sint adeo occupata quod ex ipsis Ecclesie redditibus vix valeo Episcopalem decentiam substentari. Et Civitas Vulterrana que per consortes et amicos meos gubernatur impotens respectu circumvicinarum Civitatum existat. Attamen intuitu Sacr. Rom. Eccles. ac Sanctitatis vestre adversus jam dictam Societatem si opus erit nec non contra quoscumque rebelles Ecclesiae cum ipso Communi et meis consortibus et Amicis in favorem Ecclesie ac Sanctitatis ejusdem ad rebellium exterminium posse tenus laborat. Offerens me et meos Sanctitatis vestre et Romane Ecclesie fidelissimos Servitores devotos ad honores et mandata ejusdem cum omni affectione et devotione paratos. dat. Vulterr. die 29. Septembr. XI. Ind. Sanctitatis vestre Creatura devota Phylippus Episcopus Vulter. pedum obscula beatorum.

XXIII. *Reverendissimo in Christo Patri et Domino suo Domino sub titulo S. Marie Presbitero Cardinali.*

Reverendissime Pater et Domine mi. Quia credo vestram paternitatem scire nova de his partibus affectare scribo vobis quod post guerram inter comunia Perusii et Senarum inceptam et inimicitias hinc inde illatas quas eisdem Paternitati non modo latere Senenses ad vindictam intendentes modis omnibus quibus possunt congregare nituntur ad Pisam multitudinem armatorum disponentes que sicut apparet equitaturos super territorium Perusinum de presenti ebdomada Dominus Deus provi-

provideat. Et etiam miserunt his diebus ad Dominos Mediolani Ambasciatores honorabiles Cives suos pro auxilio implorando etiamsi deberent per manus dictorum Dominorum de quibus confidere videntur Stipendiarios habere eorum sumptibus et expensis. Quia Senenses in eorum Capitaneum generalem guerre elegerunt prefectum Urbis quem in data presentium percepi a quodam Cive Senensi dictum Capitanatus officium acceptasse. De quorum comuni discordia et de adhesione Senensium Dominis antedictis que omnibus de hac patria est non modicum tediosa dubitatur in Thuscia et partibus convicinis non modica gravia scandala et pericula in posterum exoriri nisi pacis auctor provideat de remedio opportuno.

Domine mi etsi in meis negotiis vestram Paternitatem cum fiducia et devotione gravaverim que multos labores in iisdem meis negotiis substinuit licet non sit consequutus optata attamen cum solita devotione supplico quatenus dignemini operari quod saltem a Domino Nostro Papa consequar licentiam posse testari Eamdem paternitatem deprecans quod me vestrum dignemini recommendatum habere semper promptum ad vestrum beneplacitum et mandata. Quem diu conservet Altissimus per tempora longiora dat. Vult. 17. Jan. Ind. XI.

XXIV. *Honorab. Viris Prioribus et Vexillif. Justit. Gubernator. et defensoribus Terre Collis dilectis nostris.*

Non putet vestra prudentia quod per Literas nostras que Archipresbiterum vestrum et Clericos ejus vocant ad Synodum, intendamus jurisditionem vestram quomodolibet perturbare, ad cujus preservationem essemus veraciter potius solliciti, et attenti. Sed volentes congregare Synodum ad quam tenendam de jure compellimur pro animarum Nobis commissarum salute et statu salutifero Clericorum, vocari fecimus Archipresbiterum vestrum et omnes alios Clericos Civitatis et Diocesis nostre tam seculares quam regulares cujuscum-

Digitized by Google

que status existant. Et si Archipresb. vester ab hac vocatione potest se quolibet modo de jure teneri non displicet nobis quod id legitime doceat. Et ubi inveniamus illa sufficere ita quod nobis nota aliqua negligentia non possit infungi pro certo ad ejus observantiam et augumentum et non ad depressionem juris efficientibus vestri gratia procul dubio intendemus. Dat. Vulter. sub nov. Sec. Sigillo die penultima Mensis Octob. XI. Ind.

XXV. *Magnifico et Potenti D. D. Nicolao de Acciajolis de Florentia Magno Regni Siciliae Sinescalco.*

Pater et Domine Karissime. Ex prosperatione continua D. Archiepiscopi Mediolanensis tota ista Provincia in mala dispositione existens continue paratur ad guerras et scandala, et undique mala feruntur unum alium usurpare et decipere nititur vi et fraude. Florentini suis non contenti limitibus vicinos quoslibet satagunt occupare adversus hanc Civitatem, Regie majestatis et vestram tractatus plurimos ediderunt. Pisani quia hic eorum exititii receptantur palam dicte inimicantur Civitati minantes assidue nobis damna propter que ad solertem custodiam Civitatis et Terrarum Regie celsitudinis et vestrarum modis omnibus oportet necessario nos vacare, ut a tot insidiis, totque emulis salvi simus. Verum et quia non bene sani de persona fuimus post nostri de Apuleja reditu, si vobis non scripsimus, et petitos per vos famulos nostri honoris et favoris intuitu ad ossequia Regie Majestatis non misimus, nos habere placeat excusatos, cordialiter enim dolemus pro honore et statu nostro et nostrorum ut monebamini mictere non potuisse eosdem, nam trasmittere hic tot fidos famulos pro nostra et dictarum Civitatis et Terrarum custodia, et defensione necessarios, quia infidos nullatenus mitteremus, posset nobis ad periculum redundare, et hec Civitas et Terre Regie majestatis possent, quod absit, emulorum insidiis et periculis subjacere, quod eidem

Digitized by Google

eidem Excellentie et vobis gravosum esse nullatenus tamquam de Re propria dubitamus. Scitis insuper Pater et Domine quod nobiles de Domo Ptolomeorum de Senis devoti Servitores et fideles nuper et antiquitus S. Matris Ecclesie Sacre Regie Majestatis et Progenitorum suorum amicique carissimi vestri et vestrorum semper puro corde fuerunt, quod nobis amicabiles carissimi ac dilecti et parentela conjuncti scientes devotionem sinceram quam corde et animo gerimus Regie Celsitudini atque vobis Vacante Senarum Ecclesia que scitis est diu vacate, nec in actu reformationis existit propter lites multiplices et multorum quas de ipsa fore in Romana Curia fide digna relatione sentimus nos requirunt, quod eidem Majestati et vobis scribamus, quod ejus Excellentia D. Nostro Summo Pontifici, D. Ostiensi et D. de Belfortibus, vel D. Petro S. Marie Nove Diacono Cardinali scribatur quod sui gratia providere dignetur Senensis Ecclesia de Ven. Viro D. Luca de ipsorum Ptolomeorum Progenie Canonico Basilice Principis Apostolorum de Urbe et dicti DD. Cardinales adsistentes eidem D. Luce favoribus opportunis operentur posse tenus ad sui expeditionem votivam. Quare cum ex conversatione laudabili, et non modica ob continuam amicitiam et consanguinitatem prediti cognoscamus eumdem D. Lucam in Literarum scientia honestate et moribus multipliciter virtuosum, in spiritualibus providum, in temporalibus circumspectum. Attencta etiam sue Prolis potentia verosimiliter sperantes dictam Ecclesiam per eum Regi salubriter et utiliter gubernari et ad exaltationem non modicam cedere Regie Majestati, si ejusdem intuitu tantus Vir ad talem Ecclesiam sit promotus; et ut ipsum et suos dicta Majestas habeat, sicut habet magno ex debito fidelissimos servitores, vos affectuose, et summa precamur instantia, quatenus ex parte Majestatis Regie efficaces scribi literas preunctis Domino Pape Nostro, et dictis Dominis Cardinalibus, et aliis in fa-

 vorem

Digitized by Google

vorem dicti D. Luce pro Senensi obtinenda Ecclesia quibus et prout vobis videbitur expedire, asserunt enim consanguinei nostri predicti quod si dictus Ostiensis in Consistorio proponat de eodem obtinebitur expeditionem celerem et votivam. Insuper quia in mora posset esse periculum vos precamur latorem presentium facere celeriter expediri, per quem Statum Regie Majestatis et vestre et conditiones Regni significare placeat ut creditis convenire. Nova que in partibus istis sunt vobis scribimus licet ex ipsis aliqua vos scire putemus. Florentini prius obsidione firmata Pistorium occuparunt et pro occupandis terris vicinis sunt semper in motu ad nihil aliud intendentes. Perusini eodem modo Rugubium usurparunt vicinis aliis comminantes. D. Mastinus de Scala occasione lige quam cum D. Papa et Comunibus Tuscie faciebat contra D. Episcopum Mediolanensem conduxerat 4000 equitum armatorum nunc est viam universe carnis ingressus propter cujus mortem et rationem affinitatis, quam habent ejus filii cum D. Bernabone Nepote D. Archiepiscopi Mediolanensis, creditur quod erit concordia inter eos, per quam et exaltatio D. Archiepiscopi magna erit et non speratur quod in iis partibus resistentia esse possit eidem. Eugubini noviter de eorum Civitate Perusinos expulerunt propter quod inter utrosque guerra magna insurrexit. Nos, fratresque nostri inter tot et tantas anxietates et novitates vigemus incolumes ad servitia semper Regie majestatis, et vestra summa ope et sollicitudine intendentes ad solertem custodiam huius Civitatis Terrarum et Fortilitiorum Regie Celsitudinis atque vestri Cui nos recommendare velitis ejus hacturam humilem et devotam. Dat. Vulterrae die XIII. Junii IV. Ind.

Vester in omnibus *Philippus Vult. Episcopus*

XXVI. MAgnifice Domine et Pater Kariſſime. Sacra Regia Majeſtas per proprium Nuncium his diebus nobis et noſtro Communi ſcripſit quod inter Majeſtatem eamdem et Regem Ungarie erat in Romana Curia firmata concordia per Apoſtolicam Sanctitatem qua nos noſtrique omnes devoti fideles Majeſtatis eiuſdem illam in noſtrorum cordium intimis affectantes gaudio et letitia exultavimus in immenſum cognoſcentes pro certo in brevi reintegrationem futuram, & ipſius reformationem votivam dicte Majeſtati liberam remanere. Addens quod pro expellendo de Regno, et maxime de partibus aprutii quoſdam predones et raptores et obviando cuidam inique Societati, que dicebatur in Forolivio congregari, ne dictas partes intraret eidem noſtrum exfortium ad dictas partes celeriter mitteremus, ad quas ipſa Majeſtas poſt Vos percurſorem ſcium in ipſis partibus venire preſentialiter intendebat, quod exfortium ad preſens non mittimus, ut corde et animo affectamus, nam occaſione novitatum in his partibus occurſarum quas vobis inſcripſimus ſeriatim, et de quibus dolemus, et cordialiter maxime quia dictum exfortium modo non mittimus, ut optamus Dominus Bocchinus Germanus noſter cum noſtro exfortio equitum et peditum ivit Florentiam, et ibi eſt, cui confeſtim receptis Literis Majeſtatis eiuſdem ſcripſimus, quod inde licentiari procuret, et nos ad poſſe ipſum cum dicto exfortio reducemus, et revocabimus, quo ſi poterit revocato poſſe noſtro gentis armigere ad ſervitia Regie Majeſtatis tranſmittemus ſic eidem noſtris ſcriptionibus intimantes.

Nova quo in his ſunt partibus hec ſunt, Gens D. Archiepiſcopi Mediolanenſis numero circa 3. mila equitum armatorum, et 200. banderias peditum ſub ductu D. Joannis Vicecomitis pro occupanda Provincia Tuſcia et dicti Archiepiſcopi ſubjuganda dominio militat intravit veniens pars una per Territorium Piſto-

Pistoriensem, per Sambucam, reliqua per alpes Valdinorum in ejus transitu destruens totaliter Fiorentiolam, et postmodum utraque parte reduota in unum prope Pistorium pluribus stetere diebus, et inde versus Florentiam venientes apud Campi et Peretolam se posuere ubi multis stantes diebus usque Florentiam quotidie discurrebant et inde defectu victualium discedentes se apud Barbarinum in Mugelli partibus reduxere et apud Scarperiam obsidione firmata ipsam nituntur vinibus expugnare committens continue occisiones hominum incendia, derobationes et alia multa mala Ubaldini cum alia gente dicti Archiepiscopi in vicinis sibi partibus et longinquis, similia incessanter committunt. Insuper idem Archiepiscopus ut suum nequam propositum facilius exequatur de Tuscia occupanda invadere Florentiam undique hostium incursibus nititur sperans, quod ipsa habita nulla sibi in Tuscia resistentia esse possit et propterea D. Petro et Consortibus suis de Petra mala, Ubertinis de Arretio prius confederatis eidem 700. equites ad stipendium suum misit de gente illius Societatis perversa, que dicebatur in Forolivio congregari, qui in partibus Vallis Arni intra Florentiam et Arretium nunc huc nunc illuc discurrunt, multa enormia et mala quamplurium committentes, quorum Capitaneus Comes Landus Nepos Ducis Guarnerii de Alemania.

Pisanos quoque idem Archiepiscopus requisivit et non cessat requirere ut una secum contra Florentiam ponant potentiam eorumdem, qui de propria libertate timentes ne in servitutem cum aliis redigantur usque modo id exquisitis multis coloribus facere distulerunt ad dictum Archiepiscopum suos Ambaxiatores mittentes ad se depredictis excusandum, et rogandum posse tenus et instanter quod ad hec faciendum non compellat eosdem creditur quod finaliter sue voluntati parebunt, quia multis ex causis et legitimis non creditur quod contra ipsius voluntatem id bene facerent recusare, quod si idem dubitatur

bitatur quod Florentini possint de exfortio, quod est in contrariis partibus se tueri quibus a multis dicitur, quod digne hec patiuntur propter ipsorum ingratitudinem quam erga Majestatem Regiam habuere et nisi dicte majestatis vel Imperii titulus, vel aliquod signum in eorum succursum appareat, ipsorum tuitis non videtur quod ipsi cognoscunt aperte, nisi ipsis dignetur divina Clementia providere Comunis Galeoctus de Bagno de Comitibus Guidonibus Casentini cum quibusdam suis Consortibus quos Florentini nimium oppresserunt confederati cum gente predicta ad commictendum similia in Casentino, et aliis partibus quibus poterunt nunc se parant. Ad hec Florentini sic undique circumflui hostibus requisito auxilio omnium Guelforum de Tuscia, et sua cumulata potentia insurgunt viriliter ad defensam et habere sperant in brevi 4. mila equitum armatorum dem quibusdam Civit. et Terris quas vi tenent munitis et roboratis ab intus et extra decenter cum similiter omnes alie Civitates et Terre totius Tuscie sint munite et roborate ad defensam dumtaxat cum residuo dictorum suorum equitum et peditum comitiva intendunt se dicte Genti opponere sibique resistere ne in eorum ulterius valeant Territorium se conferre que defensi erga gentem illam que quotidie aumentatur, creditur satis levis, eo quod Florentini habent in multis locis et partibus, et quantitate non modica pro sibi conservandis et defendendis Civit. occupatis et Terris distributam gentem suam Perusini propterea ab obsidione Eugubii destitere suos equites Florentiam destinantes Florentinis revocantibus suos qui in Perusinorum servitium ibi erant Senenses totum eorum exfortium in communi et requisitis de nobilibus et Magnatibus sue terre nos nostrum misimus et omnes alii Guelfi de Tuscia tuum in Flor. auxilium transmiserunt.

His non contentus D. Archiepiscopus scripserat Perusinis existentibus ad obsidionem Eugubii quod de suo Terri-

Territorio videlicet Rugubii deberet suam gentem retrahere aliis provideant de remedio opportuno, et dicitur quod ipse proposuit obtinendi Tusciam et obtenta Nepotem suum in tota Italia facere Dominum Generalem.

Fertur etiam quod ipse ad Venetorum instantiam in Terris et locis suis vicinis, et adiacentibus Janue forti decreto firmato de dictis locis suis et partibus portari victualia Januam non permittit, que pelagus, ut dicitur, instante eis guerra Regis Aragonie et Venetorum habere non possunt, et dicitur quod quedam galee dicti Regis in pelagus Januensium sunt venture, quoscumque ibi reperire poterint predature nec permissure illud aliqualiter navigari cum ut scire vos credimus dictorum armata Januensium occasione dicte guerre in partibus sic longuinquis ad resistendum potentie Venetorum.

Potest advertere quam presumptuosus sit animus D. Archiepiscopi ad occupandum et suam ubique potentiam extendendum finis et eventus in his factis Tuscie est incertus, res enim multoties ex inopinat. procedit Rota fortune volubilis nunc prospera nunc adversa, quod sit et erit hoc vobis ex fidei puritate recolimus et precamur quod ad expellendum de Regno viriliter quoscumque emulos et predones nulla sit mora, que semper damnosa putatur, et ne dictorum emulorum perversitas possit ex futuris successibus Tuscie in aliquos evomere vires suas, sed suos dumtaxat inficiat possessores.

D. Noster Jesus Christus qui proprio suo sanguine nos redemit non advertens ad nostra peccamina sua pietate dignetur tantis in universo mundo periculis obviare et providere de remedio salutari.

Nos inter ansietates hujus modi cum nostris vigemus incolumes parati, et prompti semper ad mandata Regie Majestatis cui nos ejus creaturam humilem et devotam recommendare velitis. Vos etiam in omnibus nos

nos Requirite confidenter. Salutamus D. Margheritam Consortem vestram, et D. Laurentium et Agnolum natos vestros Nostri vos semper recordari precamur, scribentes nobis statum Regie Majestatis vestre, et Regni conditiones et nova. Dat, Vulterrae sub nostro secreto Sigillo die 23. Aug. 4. Ind.

Vester in omnibus
Philippus Vulterr. Episcopus.

XXVII. MAgnifice Domine Literas Sereniſsimi Principis et D. Nostri Jerusalem et Sicilie Regis et vestras suo devoto Vulterrano Comuni directas de triumphali victoria habita contra illam perversam Societatem predonum grata qua decuit devotione et reverentia vidimus et ex ipsarum lectione gaudio et letitia exultavimus dicentes Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem Plebis sue, liberans dictum D. Regem, ejusque Populum per manus suas, quas ad prelium docuit, et digitos ejus ad bellum a tam perversorum facinoris conatibus anelantium, ut non ambigimus post rapinas, et predas de Regniculorum sanguine satiari, ex quo illi soli sit laus honor & gloria, qui sine fine vivens et regnans Majestatem Regiam prospere dignetur incrementis felicibus per tempora longiora. Ad cujus & Regni sui tranquillitatem et pacem, charissime Pater & Domine, vos quanta possumus affectione precamur more solito sollicitis vacare studiis indefesse, ex qua salus dependit Italie nunc sub sinistris magnis variis et diversis fortune casibus propter invasiones factas in Tuscia per dominos Mediolanenses quas scire vos credimus fluctuantes, et cum D. Mediolanensis nuper miserit quantitatem non modicam sue gentis armigere ad Dominum Cortone qui cum dicta gente & alia quam ab eo prius habebat positas juxta aquas Clanarum est ita Perusinis propinquis fulctis sua et amicorum potentia, & adeo oppressi gravibus sumptibus, quas

possint ulterius tollerare, quod neutra pars creditur discedere sine bello. Ex alia parte idem Dux Mediolanensis requisito & sibi promisso dominorum Lombardie & Romandiole auxilio Bononie gentis armigere profecture sine mora in Tusciam fecit maximum apparatum, & jam pars aliqua dicte gentis Piteccium et Sambucam Comitatus Pistorii que per dictum D. possidetur, attigit et aliqua Castra ultra Sambucam residuo dicte gentis continuo subsequte. Et si in tam potenti brachio invadat Tusciam dubitandum est utrum Tusci tueri se possint, et maxime propter varietates eorum et differentias eorumdem & quia ista majora Comunia Tuscie tarda fuere, providere sibi de remedio opportuno invocando Regis Romanorum auxilio, quod utinam sufficiens sit & celer, ut exposuit necessitas. Quare timendum verosimiliter credimus ne ista Provincia ante ejus futurum succursum idem D. sibi subjaceat non liberaturum de facili a subjectione ejusdem. Dominus Omnipotens sua pietate provideat saluti Tuscie & quieti, quia nisi desursum procedat nobis irremediabiliter videtur futuram in brevi sub dicti Regis Romanorum Dominio vel per dictum Dominum subjugari, & ut experientia docente cognoscitur apertum damnum attulerint isti Provincie sinistra Regali Excellentie suis et Regno occursa, ex quibus si non visitavimus, ut decebat, & affectabamus Regiam Majestatem eidem cum reverentia devota recommendatione premissa nos et nostros excusare velitis, quos modicos superstites a mortalitate citra invigilare oportet custodie hujus Civitatis Regie Majestatis & vestre prompti semper omni devotione jussa sua capessere & vobis grata que libet adimplere. Dat. die 8. Jun. 5. Ind. *Philippus.*

XXVIII. MAgnifice Domine. Status Dominorum meorum DD. Regis & Regine regalium & vestri votiva prosperitas cum felicis tranquillitatis & conso-

consolidate pacis in posterum toti Regno mihi Creature devote ipsorum & vestri tribuit multiplicem gaudiorum materiam, & summi solaminis delectamentum. Dum ea vigere eas, & vos per literas D. mei D. Regis & vestras persensi cujus me sepius participem facere magnificentia vestra velit de me & meis Dei gratia sentiens illud idem. In partibus a diu communiter est dictum et dicitur D. Regem Romanorum ad has partes venturum in brevi, et nuper a quodam mihi amico & fide digno percepi ipsum in Ungaria modo esse ex cujus adventu si esset, licet verisimilis non videatur primo propter carestiam & sterilitatem in iis partibus existentem, & que esse paratur, quia ex Tuscis multi ad illud considerant forte possent multe novitates in Tuscia pullulare, que nunc in extrinseca apparentia requiescit, ni quod Florentini propter aliquas novitates que in S. Geminiano fuere ipsum sibi magis ad eorum obedientiam reduxere. Deinde quia Nobiles de Picchena fuere culpabiles novitatibus supradictis ipsam quam voluere sine conditione aliqua habuere nunc, ut audio hodie supponentes eamdem quid sit Pichena vos scitis alia ad presens in iis partibus non sunt nova. Ex devotione & fide cum reverentia supplico Domino Meo D. Regis & vos multis ex causis ipsum ad hoc hortari arbitror esse bonum quod ipse plus solito ad Statum Tuscie dirigat oculos sue mentis conservando & favorando fideles & cum integritate omnimoda cunctos ad suam devotionem solitam omni prostergata eorum ignorantia reducendo ad sue Majestatis & Regni exaltationem et corroborationem perpetuam, & ne ex diversitate animorum Tuscorum, & vacillatione Status Tuscie possit sinistrum aliquod evenire, si que possum hic vel alibi grata beneplacitis Regiis atque vestris in quibus affectionem sinceram cupio effettualiter operari confidenter mihi mandare magnificentia vestra velit jussa sua & vestra cordialiter capessenti, in quorum executione votiva & fideli omnis

 labor

Digitized by Google

labor summum solatium mihi erit. Dat. Vult. sub meo secreto Sigillo die 27. Jun. 6. Ind.

Vester *Philippus ec.*

XXIX. MAgnifice Domine & Cariſſime Pater. Ex parte Majestatis Regie fuit hic cum Literis & ambaxiata ejusdem Sapiens & circumſpectus Vir Magnificus Petrus de Capua qui ambaxiatam ipsam ſolicite prudenter expoſuit unde circa conditiones generales & particulares harum partium ſeriatim et diſtincte prout Majeſtas Regia petiit informavi: & quia aliqua que ad conſervationem Status Celſitudinis Regie & ad exaltationem ipſius, atque reparationem Status Tuſcie inter procellas periculoſius fluctuantis neceſſario expedire cognovi, eidem impoſui referenda D. meo Regi & vobis. Ideo Magnificentiam vestram deprecor quod predicta ex fide magna ex puro corde dicta diligenter audire, & si placeat, ut celeri executioni mandentur penes Serenitatem Regiam inſtare ſollicite placeat, quia dubito quod ex mora non generaretur periculum cum majori difficultate poſtea & forſan impoſſibile reparandum, Datum Vulterrae ſub meo ſecreto Sigillo die 6. mens. Decembr. 7. Ind.

Vester *Philippus*.

XXX. MAgnifice & cariſſime Domine mi. Gratiſſima nova que illuſtres DD. mei Rex & Regina per eorum & vos per veſtras Literas nunciaviſtis de reintegratione Inſule Sicilie pro majori parte his temporibus facta ad juſtum & naturale Dominium prefatorum attulerunt jubilum & grandem letitiam mentis mee de quibus redditis gratiis Deo operatori hujus veſtre juſtitie effudi in humilitate cordis preces ad eum quatenus in dictos DD. meos, & vos proſecutionem honorum, & exaltationem ſuorum proſperet feliciter ut incepit. Et Perſonam veſtram que ipſos a dictorum

DD.

DD. meorum pueritia ut alter Nomen Syrus procuravit ut proprias prostergatis oneribus & laboribus quibuscumque & cujus virtute constanti non ambigo adsistente dextera superni auxilii ex eis prospera successerunt, conservet eisdem sicut expedit & optatis. Valete ad votum & mei affectantis fatisci in dictorum DD. meorum servitiis cum dominatione vestra reminisci precor, sicut spero. Dat. Vult. die 9. Mart. 11. Ind. *Philippus*.

NB. Dal N. XXV, le Lettere son dirette a Niccolò Acciajoli.

NUM. XVI. Phedri Inghirami Volaterrani ad Amicam.

ELEGIA.

Ergo adeo infestat, miserum me, absentis imago,
Sic tu mi ante oculos nocte dieque redis
Credideram infelix nullos sentire dolores
Vel properes dites tendere ad Armenios;
Nunc secus experior nam te sine nulla voluptas
Nulla etiam sine te noxve diesve placet.
Omnia sunt ingrata mihi somnusque cibusque
Et mea absente est vita inimica mihi.
Saepe domum repeto (sed me quid laeniat aegrum?)
Te sine quae facta est maesta repente domus.
Saepe Torum inviso qui candida membra tenebat
Me miserum, lacrimas excitat ille Torus.
Procumbo, lacrimisque volens indulgeo obortis
Exclamo, quae te, dic tore pressit ubi est!
Strata vicem doluisse meam sunt visa torusque
Et mecum visa est ingemuisse domus.
Crudelis; tu forte jocum mea vulnera reris
Atque tuo forsan pectore Phedrus abest.
Nullaque cura mei absentis suspiria movit,
Infracti tantis sollicitudinibus.
Ah pereat quaecumque fuit tibi causa recessus
Illam vos oro perdite Di superi.

Per-

Digitized by Google

Perdite vos illam quae nostros perdit amores
Immeritumque procul pellite in exilium.
Et tu Saeva nimis, tu fastus plena superbi
Desine amatorem perdere amata tuum
Cur dura es nullis precibus lacrymisque moveris,
Corrumpis formae et munera tanta tuae?
Respice quem fugias te non Acheruntieus ardet
Sed cui nulla tegit horrida barba genas.
Hunc tu, proh facinus, pereuntem spernis et hunc tu
Insanum insano cogis amore mori.
Et nec te facies, nec primo in limite vita
Nec movet antiquo clara parente domus.
Sint laevia haec; quales versus, quae carmina fecit,
Tu tamen is surdis auribus inficias.
Et tibi deliciae terrarum est Thuscia mater!
Dispeream genuit ni ultima barbaria.
Scilicet hunc siccis pereuntem spectet ocellis
Quisquis ab Hyrcanis non venit uberibus.
Sola tamen spectare potes, tu sola Procusten
Vincis, prodigiosa est tua Saevitia.
Ille homines lecto impositos saeva arte necabat
Atque erat extremum mors nigra supplicium.
Non mors sola juvat non te diversa fatigant
In miserum misero tu uteris ingenio.
Nam modo sublimem evectum super aera tollis
Nunc pessum celeri turbine precipitas.
Et fugere amentem et diversas querere terras
Inque dies cogis terque quaterque mori.
Ah misera ah nimium formae confisa fugaci
Jam de te Spolium proximus annus habet.
Nonne vides tacito prope at pede curva senectus
Rugosoque tuum vomere corpus erat.
Laetitia ex vultu fugiet, decor omnis abibit,
Solaque praecipiti destituere fuga;
Gratia nulla comae nec erit sua gratia ocellis
Non didicit stabiles forma tenere pedes.

At

Digitized by Google

At tu nunc miserum frustra lusisse dolebis,
Tunc tu saevitiae saepe querere tuae.
Quam melius miserum excipias crudelis amantem
Inque tuum jubeas procubuisse sinum,
Et sine formosis connectat labra labellis,
Et tenerum tenero junge latus lateri.
Nil agimus saeva est, lacrymas lamentaque obaudit
Irati citius flectitur ira maris.
Conor an insanus fluctus placare tumentis,
Mitiaque e gelidis perdere verba notis.
An saltem erubuit, vel saltem lumina flexit?
Stat scopulo immitis durior et silice.
Desisto forsan tentare extrema juvabit,
Proderit et teneros ante jacere pedes.
Ecce tuos jaceo ante pedes pulcherrima, parce
Parce tua miserum perdere Saevitia.
Per teneram levemque manum, per suavia verba
Perque tuos oculos, per faciemque rogo.
Per te naturae decus, exemplarque potentis
Cujus ad exemplum est fama sepulta Helenae.
Ne lacrymas, gemitumque meum, neu temne querelas,
Ejectum indigno et evoca ab exilio.
Vicimus; Arrisit revocanti reverte e post hac
Mitis erit, veniet sub tua jura libens.
Ne differ propera jam jam te postulat ultro,
Jam patitur longum non bene dissidium.
At tu cum venies, cum gaudia nota subibis,
Sis memor id Phaedro conciliante dari.

ELEGIA ALIA

in obitu Paulli Fratris filii.

NAte, meae lacrymae. Nate unica cura Parentis
Te ne habet aeternus, tam cito adempte, sopor?
Te ne ergo immites rapuerunt, Nate, Sorores,
Et tantum Superi sustinuere nefas?

Crude-

Crudeles Superi, nil vos mortalia tangunt;
Nullus sollicitat corda quieta dolor.
Scilicet ulla hominum cura est! nec parcitur uni
Infanti! Ah pereat credere qui ista potest.
Non pudor est rapere infantem? primisque sub annis
Ut violam ungui auferre exorientem animam?
I nunc crede Deos. I nunc in vota vocato,
Labset subcintos hostia crebra Popas.
Nate miser, nate infelix nil fata moventur,
Me miserum injusto stamine subriperis.
Nate miser, tu ne ille jaces! te ne ergo jacentem
Intueor! Tibi ego nate, superstes ero!
Quis mea nunc ultro reptabit ad oscula, quis me
Implicitum collo dulce tenebit opus?
Heu heu sidereos nativum lumen ocellos
Deseruit, membra et lactea livor habet.
Nunc ubi, nunc venus est? quae plurima fronte sedebat,
Gratia ubi est nudis septa cupidinibus.
Nunc ubi, nunc questus dulces, ubi garrula lingua?
Lingua ubi? tartareas docta movere Deas,
Qua, quoniam non est fatorum victa libido,
Credibile est surdis auribus esse Deas.
Ergo nequitias molles, risusque, jocosque,
Et laetum murmur ventus et umbra tulit?
Scilicet infaustum hoc praeconia membra ferebant!
Membra citae, ah facinus, nuntia mortis erant.
Talis eras, tunc cum immissas Tirynthius angues
Dicitur e cunis prosiluisse suis.
Hoc erat intrepida larvas contemnere mente!
Hoc erat ante diem verba diserta loqui!
Haec sunt vota mihi toties suscepta! vel haec est
Proposita ingratis multa tabella Deis!
Haec sunt quae nato incolumi mihi gaudia finxi!
Decepta quantum cura, laborque Patris.
Mecum ego dicebam, teneros cum vicerit annos,
Dulcia cum musis ocia totus aget.

Post

Post ubi subnescat, graviorque adoleverit aetas,
Et mihi curvabit longa senecta caput,
Ille dabit patriae justus consulta ruenti;
Ille reget Patrem, sedulus ille domum,
Et mea ubi longo solventur membra sopore,
Ille mihi claudet, munia grata oculos.
Quin etiam nostri referrentur imagine vultus,
Illius in vultu mortuus aspiciar.
Haec et plura miser repetebam. Quae omnia venti
Diripuere, extremam irrita ad Armeniam.
Laberis ah primo infelix praerepte sub aevo,
Et tecum moriens gaudia nostra rapis.
Omnia fer tecum: tecum est mea, nate, voluptas,
Tecum deliciae, spesque sepulta Patris.
Quid reliqui, superest misero mihi! Magne Deorum
Cur non hanc animam Tartara saeva trahunt!
Fige, age, nunc fige hoc corpus: si hoc Juppiter ausis,
Mortales curae crediderim esse tibi.
Nil agimus. Durus surda stat Juppiter aure,
Et miserum lacrimas ridet ab arce poli.
Nate tamen felix, quem pax aeterna recepit
In quem Saeva nihil numina juris habent.
Aelisid felix nunc tu spatiare sub umbrâ
Currit in occursum turba beata tuum.
Excipiunt Te Atavi ac Proavi, et complexibus haerent,
Tu puer ad longos brachia tradis Avos.
Accipit ille sinu: hic caris suspendit in ulnis,
Hic tibi dat fronti basia, et ille oculis,
Nate igitur felix. Sed sors miseranda Parentis
Quem tenet aeternus te pereunte dolor.
Cui quoniam tecum petere atria nigra negatum est,
Nate, dolor Patris, Nate, vale lacrymae.

Digitized by Google

NUM. XVII. *Iscrizione incisa in Pietra nel Mausoleo Guarnacci nella Chiesa di S. Francesco di Volterra.*

MArio Guarnaccio Patricio Volaterrano
Ut primum per aetatem licuit
Studiis apprime dedito
Emensa adolescentia Romam profecto
Inter Praesules adscito
Pluribus Magistratibus egregie functo
Signature Justitiae XII. Viro ac Seniori
Editis Voluminibus claro
Summis Pontificibus Magnisque Regibus
Desiderato
Majora tamen quae meruit recusanti
Senio ingruente laboribus confecto
In Patriam reduci
In Pauperes in Cives in Patriam ipsam effusissimo
Eques Paulus Guarnaccius
Ex Sorore nepos ex adoptione filius Parenti optimo M. P.
Obiit XII. Kal. Septemb. Ann. MDCCLXXXV.
Vixit Ann. LXXXIII. mens. X. dies VII.

Dopo la Publicazione della Prima Parte di quest' Opera essendomi pervenuta la notizia dell' esistenza nella Libreria Magliabechiana di Firenze d' un Codice MS. Cartaceo di Giovanni Cinelli intitolato = La Toscana Letterata = *ove son descritti i Letterati tutti della Toscana, ed avendo trovati nel medesimo diversi Uomini Illustri e Letterati di nostra Patria non descritti da me nel Primo Catalogo da pag. 147. a pag. 170. ho giudicato opportuno aggiungerne quì appresso la notizia.*

1. *Andrea* da Volterra Monaco Olivetano fece Latina = *vitam B. Hieronymi de Corsica Ordinis Olivetani* = il cui MS. è appresso D. Secondo Lancellotti, com' egli medesimo nella sua Istoria Olivetana nella Prefazione. Fiorì circa l'anno 1470.

2. *An-*

Digitized by Google

2. *Andrea* di Jacopo da Montecatino di Volterra Agostiniano Teologo dotto, il quale fu presente al Concilio di Trento, e vi fece un Orazione ai Padri di Esso da Lui recitata a 19. Agosto 1563. scrisse ancora un'Opera = *de cura filiorum habenda* = Bologna 1572. Fu dalla famiglia Ghetti fatto Cittadino Volterrano per l'eccellenza di sue Prediche, nel 1575. fece fare un bel Tabernacolo d'Alabastro in S. Agostino (*non esiste più*).

3. *Annibale* detto Fornaciaro Volterrano Dottore e Poeta. Leggonsi di questo Componimenti varj in quattro MSS. nella Libreria del Gran Duca.

4. *Benedetto* Mariotti Volterrano compilò un'Opera intitolata = *Vertumnus sive Elogiastica, Encomiastica, et Acclamatoria Institutio.* = Pisa 1627.

5. *Carlo* Passi Volterrano citato dal Contarini come Istorico nel fatto di Caterina Sforza.

6. *Francesco* Falconcini di professione Prete tradusse dal Latino nel volgar nostro la vita di S. Remigio Arcivescovo di Reims scritta da Hincmaro Arcivescovo anch'esso della medesima Città Firenze 1594. — *Epigrammata in obitu Cosmi I.* Firenze 1574. — Volgarizzò ancora l'Orazione funerale recitata nella Chiesa de' Fiorentini da Mess. Ottavio Bandini nell'esequie di Cosimo I. a 19. Giugno 1574. Firenze per il Marescotti.

7. *Gasparo* Zacchi part. I. pag. 155. Segretario del Cardinal Bessarione dotto in greco e in latino per quanto dice il Biondo a pag. 89. = Questo morì in Roma nel 1473. ed è sepolto in S. Maria Maggiore come abbiamo dalla Vita di Raffaello Maffei scritta da Benedetto Falconcini. =

8. *Gasparo* da Volterra compilò come si legge MS. nella Libreria Strozzi = *Index Librorum suorum certe singularium.*

9. *Geremia* Foresti Volterrano di genio Alchimista com-

Digitized by Google

pose un' Opera intitolata = *Aureus sermo circa Philosophorum lapidem* = MS. nella Libreria Strozzi al T. 165. de' suoi Volumi.

10. *Giovanni* Tanagli Volterrano Giureconsulto compilò un' Opera intitolata = *Monumenta Supremi Tribunalis Urbis et Orbis sive de Sacrae Rotae Romanae Auditoribus, ejusque decisionibus*, *opusc.* Livorno 1654.

11. *Giovanfrancesco* Lottini compilò essendo Vescovo di Conversano in Regno alcuni Avvedimenti Civili Venezia 1575. 1582. e 1583. — discorsi del Conclave Italiani in parte ed in parte Latini. Francfort. 1610.

12 *Gio. Vittorio* Rinieri Volterrano. Leggonsi di questo = Lezioni nella Lingua Toscana date a Corrado Barone di Bemalergh. Bologna 1600. — Conclave secondo e terzo della Sede vacante di Papa Innocenzo IX. nel quale fù creato Clemente VIII. Bibliotecario di Vienna.

13. *Gio. Maria* Giovannelli. Trovasi di suo un' Orazione intitolata = *Cupressus Synaica sive de D. Catharina in Sina Tumulata*. Florent. 1652. — Inoltre *Carmina* Pisis 1630.

14. *Girolamo* Guarnacci Umanista. Leggesi di suo = *Hyerophanta seu de D. Catharina ... Monstratrice. Oratio ad Vulterranos Patricios in D. Augustini Templo habita festo ejus Virginis die.* Firenze 1651.

15. *Girolamo* Incontri Volterrano eletto Vescovo di San Sepolcro nel 1605. dove morì nel 1615.

16. *Giuliano* da Volterra Min. Conventuale Teologo e Filosofo Eccellentissimo; basta dire che fu compagno di studio del Cardinale Bessarione prodigio delle Lettere. Fu Vescovo di Vertinoro nel 1477. Arcivescovo di Ragusi nel 1505., e Penitenziere per lo spazio di venticinque Anni in tempo di Giulio II. Morì in Roma d'età di anni 75. nel 1510., e lasciò di se menzione in molti MSS. che lasciò compilati.

17. *Giusto* da Volterra di professione Notaro, ma di genio

nio Poeta. Compose molte Poesie che MSS. nella Libreria di Carlo Strozzi conservansi.

18. *Massimiano* o Massimiliano da Volterra Min. Conv. scrisse una carta = *Lecturam doctam in Scripturam Oxoniensem Joannis Dumscoti* = Fiorì circa l'Anno 1405 così il Tossignan.

19. *Matteo* Commucci da Volterra volgarizzò e trasportò dal Latino l'*Examine* sopra gli quattro Canoni di Messier. Roma 1586.

20. *Michele* Bindi Volterrano Monaco Olivetano. Fu Visitator di sua Religione più volte e Cappellano d'Alfonso d'Aragona Re di Napoli, nelle braccia del quale il Re rese lo spirito al Creatore. Fece stampare = *Breviaria more Olivetano* = come dall' Istoria Olivetana pag. 61.

21. *Niccolò* Gentili Volterrano nella Legge Civile e Canonica dottor celebre. Scrisse = *Consilia* = come dall' Istoria MS. di Mess. Lodovico di Lodovico Falconcini Morì in Volterra ed avanti la Porta della Chiesa di S. Gio. Battista fu seppellito.

22. *Pietro* Filocosmo Volterrano trasportò dal Latino nel nostro idioma i Libri IV. V. e VI. de' Commentarj di Raffaello, il di cui MS. conservasi nella Libreria del Gran Duca.

23. *Pietro* da Volterra detto Messer Pietro Poeta, del quale si leggono due Canti fra le Mascherate, Trionfi, Carmi, e Canti Carnascialeschi del Lasca. Firenze 1559.

24 *Pietrantonio* Contugi Dottor Filosofo e Medico di Papa Pio IV. lodato da Baldo Baldi nel discorso Apologetico del vero Apothaamo Orientale, e dal Cav. Mandosio nella sua nomenclatura *Archiatrorum Pontif.*

25. *Quinzio* Mattonari Poeta Comico, del quale si leggono alcune Commedie come gl' *Incostanti affetti* in Viterbo in 12.

26. *Rinieri* Casoli Volterrano Canonico di sua Patria, Cap-

Cappellano di Papa Bonifazio VIII., Vescovo di Cremona nel 1296. Fu presente alla Coronazione d'Enrico VIII. Imperadore in Milano. Dette in Cremona luogo ai Carmelitani. Morì nel 1317.

27. *Salvadore* Franceschini Pievano del Castello di S. Michele ad Orciatico, Poeta ed Umanista celebre, il quale alla vita Spirituale applicato, alienatosi dai fumi ambiziosi del Mondo, renunziò la Pieve ed a vita più ritirata applicossi, menando vita innocente. Fu fratello di Baldassarre Franceschini detto volgarmente il *Volterrano* Pittore celebre nella candidezza de' costumi emulo del fratello. Compose Salvadore più Opere, come un' Epitalamio per le Nozze del Sig. Prior Francesco Inghirami. Firenze 1623. in 4. = più Madrigali, Sonetti, Odi Latine, e Odi volgari — Orazione funerale per il Sig. Provveditore Raffaello Maffei Console dell' Accademia de' Sepolti di Volterra. Firenze 1676. — ed ancora alcune Elegie con la medesima Orazion funerale, versi per lo ritrovamento dell' Imagine della B. Vergine di Pancoli. in Firenze — Versi per la venuta di Monsignore Sfondrati Vescovo di Volterra. Firenze 1677. — Discorsi, Lezioni, Orazioni Volgari e Latine recitate nell'Accademia di Volterra, di San-Miniato, e di Prato, e nell' Accademia de' Sepolti, e Affidati, dei quali era Accademico, come ancora Irresoluti di Livorno — Attinia e Greciniana Verg. e Mm. Volterrana Rappresentazione Sacra MS. rappresentata in San-Miniato prima, poi in più Luoghi con applauso. Ha lasciato ancora molti MSS. di diverse materie, come di Rettorica = Carminum Liber MS. = Poesie volgari un Libro.

28 *Serafino* Incontri dell'Ordine di S. Agostino; di esso il Landucci nella Selva Leccetana Latina pag. 67. e 69. dice = Fr. Seraphinus Incontrius Volaterr. die. 19. Aprilis 1562. factus est Vic. Generalis. Hic vulgo

Digitized by Google

go dicebatur Israelita, quia Judae de Gente erat ad fidem Christi conversus; vir probus, et Religionis integerrimus. = Veggonsi di suo nella Libreria di Lecceto le seguenti Opere = Expositio Evangeliorum 1574 Tomus alter Dominicarum ac festorum; item Praefat. et similitud. quadragesimales — ed altri Tomi che in tutti sono Tomi Nove MSS. Così il P. Gandolfo nella sua Biblioteca Scriptor. Augustinian.

29. *Severo* da Volterra Monaco Camaldolense Uomo dotto e Poeta non ingrato. Fu amicissimo di Lodovico Ariosto, ed ebbe assai dolce, e delicata vena di Poesia, per la qual prerogativa fu anche di pregio presso tutti i dotti di suo tempo. Tenuto in venerazione da tutte le Accademie d' Italia. Leggonsi molte Orazioni recitate nell'Accademia di Perugia, e altrove. Componimenti molto vaghi artifiziosi sì in verso come in prosa, che sono Manoscritti presso il Padre Don Bartolommeo Bagnacavallo Procurator Generale dell'Ordine Camaldolense in Roma; come ancora molti altri presso D. Gregorio Macigni dello stesso Ordine con alcuni Sonetti in proposta e risposta a Messer Lodovico Ariosto, come attesta il Porcacchi.

30. *Simone* Franciosi detto di San Paolo (*di questo nella Parte I. pag.* 150.) compose la Riforma dell' Uomo = Scrutinio Spirituale = Disciplina Claustrale = e l'ore pomeridiane dedicate all' Eminentissimo Benedetto Odescalchi che fu poi Innocenzio XI.

= *Ecco la Descrizione dell'Analisi dell'Acqua di S. Felice fatta nell'Anno* 1768. *a dì* 11. *Giugno dal Dottor Jacopo Pagnini, di cui abbiam fatto parola nella pag.* 186. *della Parte I.*

= Se ne sono ripieni due fiaschi, e tuttoche quest' acqua sia stata attinta dallo sbocco delle polle, che nasce dal fondo del recipiente o Lavacro, è comparsa torbiduccia e alba, ed appena che sono stati ripieni i fia-

fiaschi ha mostrato molto moto, e sollevamento di bollicelle d'aria dal fondo all'alto, ossia collo di detto fiascho, ed ivi ha formato un'altezza di mezzo pollice di spuma molto permanente. L'odore di essa al solo presentarsi in vicinanza della polla si manifestava zulfureo assai, ossia del sito dell'Uova sode ed assai cotte. Il sapore di essa corrispondeva all'odore, e tale restava molto permanente in bocca. Detta acqua agitata forte dopo il lasso di mezz'ora in una Bottiglia fece della spuma, ma subito si dileguò. Mescolatavi poi la tintura di viole non voltò nè a color rosso nè a bleau sensibilmente. Mescolata pure coll'infusione di rose di nove volte non fece mutazione d'alcuua sorte. Tentata pure coll'olio di Tartaro per deliquio si fece molto lattea, onde pare che il torbido rilevato in principio di dette acque nascesse dalle particelle terrestri e di natura calcarie ad essa unite. Unita poi allo spirito di Vetriolo voltò pure un tantino il colore perlato, e si fece più chiara. Mescolata colla galla spolverizzata nulla. Mescolata col sublimato corrusivo si fece lattea diafana, ossia color di perla. Rimesso insieme dipoi il sublimato corrosivo colla galla si fece più lattea e torbida. In un vaso di detta acqua subitamente attinta fu posta una moneta d'argento, la quale in breve divenne nera, e nera poco di più fu estratta la sera medesima dopo dieci ore ch'era stata immersa: estratta quella ne fu posta un'altra in suo luogo, e riveduta la seguente mattina nessuno annerimento aveva sofferto onde si deduce facilmente che le particelle zulfuree che avevano annerito la prima moneta erano molto sottili, e facilmente dissipabili, ossia molto volatili, e che tutte fossero dissipate, e avolate allorache fu immersa la seconda. Furon prese indi libb. 2. d'acqua e posta a sfumare a lento fuoco in un Vaso di Vetro restò in fondo dram. ij. e gr. xviij. di sedimento, il quale assaporato comparve molto salso e si può dire amaricante.

Que-

Questo fondo o sedimento nuovamente sciolto in una dose d'acqua pura di pozzo dipoi decantato diede di terra e di sale. Sulla fine della prima evaporazione, e allorache cominciò alle pareti a restar depositata qualcosa di ciò che l'acqua conteneva di fisso, cominciò tal residuo d'umido che poteva giudicarsi da V. d'acqua, cominciò a crepitare, e si perdè l'odore zulfureo o d'Uova sode, che fin allora si era sentito, e ciò che poteva per le narici percipersi era un sito orinoso, il quale pure si perdè affatto anch'esso allora che il fondo restò affatto asciutto e risecco. Del sedimento si cavò due danari, 18. grani di sale, ed il resto di Terra. Questo Sale assomigliava al sapore del sale Ammoniaco. La sua figura non si potè riconoscere. Tentata una porsione di esso sale con lo spirito acido di Vetriolo mostrò una leggerissima ebullizione nell'atto di saturarsi di esso senza manifesta effervescenza o contrasto. Tentata inoltre coll'acqua forte fece un'ebullizione un poco più manifesta ma non può dirsi neppure con essa grande. Tentata altra porsione coll'olio di Tartaro per deliquio fu osservata nessunissima alterazione o moto. Gettata dipoi sul fuoco la terra di questo sale mescolata collo spirito di Vetriolo fece ebullizione, ed era in dose di soli grani sei.

Aggiunte da farsi al Tomo I.

Nel Lib. I. Cap. II. pag. 24. si dice = *Ranieri de' Pannocchieschi* = si legga = degli Ubertini.

A pag. 56. parlando dei Cavalli si aggiunga = la vettura
„ dei Cavalli era regolarmente a tre soldi al giorno, e
„ davasi in proporzione della stima che doveva farsi due
„ volte all'Anno, e muorendo il Cavallo in viaggio si
„ doveva pagare la metà „ *Stat. del* 1313. *Rubr.* 69. *pag* 29 *t.*
„ Ogni anno si dovevano eleggere due capaci di sti-
„ mare i Cavalli da darsi a vettura, ed il loro salario
„ era di dan. 6. per cavallo stimato, ed il Notaro che

 „ do-

„ doveva registrare la stima dan. 3. = *Statut. del* 1368. *pag.* 292. *t.*

a pag. 89. = chi pesava il fiorino doveva anche pesare il Zafferano e lucrare dan. 4. per Libbra = *Stat. dell'Anno* 1368. *pag.* 404.

a pag. 90. = I mattoni dovevano esser lunghi mez-
„ zo braccio, ampli un quarro, e alti mezzo quarro.
„ Condotti al luogo del compratore importavano Sc.
„ 4. al migliajo. Le pianelle sold. 50. Le Tegole Lir.
„ 5. 10. — Uno Stajo di calcina dan. 30. ed un mog-
„ gio sol. 40. ed il peso di questa era libbr. 75. senza
„ rasura; ed una salma Libb. 300. *Statut. del* 1200.

„ Nell'Anno 1256. l'opera dei Legnajoli dall'Otto-
„ bre al Marzo era di sol. 2. pisani; siccome degli Scal-
„ pellini. Negli altri tempi sol. 2. dan. 6. — Nel 1218.
„ l'opera dei Muratori danar. 12. = *Stat. del* 1218. *pag.* 52.

alla pag. 93. per mancanza allora degli opportuni Documenti non credei giustificato quanto scrive il Sig. Bandini nella sua Opera *Specimen &c.*, che in *Volterra* esistesse una Università: ma posteriormente fatti migliori riscontri ho trovato che veramente si stipendiavano dalla Comunità di Volterra diversi Lettori di varie Scienze, e che per conseguenza vi esistesse una specie di Università di Studj, dalla quale si conferiva il grado di Dottore, di che se ne trova il riscontro anche nell'Anno 1613. In conferma di ciò unisco gli appresso Documenti estratti dai Libri della così detta *Fraternità*, di cui ho parlato nel Tom. II. pag. 85.

Libro di Debitori e Creditori della Fraternita di Lettera A 1581. *pag.* 281.

a dì 11. Ottobre 1589. Domenico Guasparrini riceve Lir. 84 per provisione della Lettura di *Logica*, ed altrettanto *Mess. Paolo Inghirami* Lettore d'*Istituta*.

1605. Fr. Guglielmo Bava Lettore di *Logica* — Mess. Bernardo Inghirami Lettore d'*Istituta*.

1608. Mess. Guglielmo Riccobaldi *Logica* — Mess. Benedetto Bava *Istituta*;

1609. Mess. Antonio Borselli *Istituta*.

1610. Mess. Gio. Battista Seghieri *Logica* — Mess. Piero Lisci *Istituta*.

1611. Mess. Benedetto Falconcini *Iſtituta* — P. M. Guglielmo Bava *Logica*.
1612. Ottavio Incontri *Iſtituta*.
1613. Luigi Inghirami *Iſtituta*.
1614. Ser Mario Ciacchi *Iſtituta* — Fra Guglielmo Bava *Logica*.
1615 Ser Neri Rapucci *Iſtituta* — Fra Cuglielmo Bava *Logica*.
1616. Mess. Niccolò Parelli *Iſtituta* — Fr. Guglielmo Bava *Logica*.
1617. Mess. Luigi Inghirami *Iſtituta* — P. Vittore da S. Girolamo *Logica* e Fr. Friano Nobili da S. Gimignano *Logica*.
1618. Ser. Gio. Battista Bava *Logica* — Mess. Quinzio Mattonari *Iſtituta*
1619. Mess. Bernardo Cecini *Iſtituta* — Fr. Antonio Panserini dell' Ordine di S. Francesco *Logica*.
1620. Mess. Aulo Cecina *Iſtituta* — Ser Martino Falconcini *Logica*.
1621 Mess. Cio. Battista Bava *Logica* — Mess. Alberto de'Nobili *Iſtituta*.
1622. Francesco Incontri *Iſtituta* — Fr. Guglielmo Bava *Logica*.
1623. Aulo Cecina *Iſtituta* — Mess. Quinzio Mattonari *Logica*.
1624. *non vi furon Lettori*.
1625. Fr. Antonio Panzerini *Logica* — Ottavio Incontri *Iſtituta*.
1626. Bastiano Conti *Logica* — Luigi Inghirami *Iſtituta*.
1627 Mess. Giovanni Guidi *Iſtituta* — Pad. Priore di S. Agostino *Logica*
1628 Mess Raffaello Maffei *Iſtituta*; e in vece del Lettore di *Logica* le Lir. 84. furon date alla *Fabbrica di S. Giusto nuovo*.
1629 Mess. Ottaviano Migliori *Logica*.
1630. Mess. Francesco Maffei *Iſtituta* — Pad. Fr. Clemente Bava *Logica*
1633. Mess. Roberto Mannucci *Iſtituta* — Pad. Panzerini *Logica*.
1634. Pad. Fr Gio. Battista Porciacchi Agostiniano *Logica* — Molto Rev. ed Eccell. Sig. Alessandro Bava *Iſtituta*.
1636. Francesco Maffei *Iſtituta* — Pad. Fr. Stefano da Volterra *Logica*.
1639. Mess. Alessandro Incontri *Iſtituta* — Pad. Fr. Serafino da Volterra *Logica*.
1640. Mess. Zaccaria Contugi *Iſtituta*.
1641. Agli Accademici per le Letture d' *Iſtituta e Logica* Lir. 168.
= *ecco l'Epoca dell'Iſtituzione dell' Accademia de'Sepolti in Volterra* =
1642. Mess. Francesco Maffei *Iſtituta* — Messer. Domenico Palei *Logica*.
1643. Mess. Domenico Palei *Logica* = Turno Cecini *Iſtituta*.
1644 Ascanio Lisci *Iſtituta* = Gio. Battista Fraticelli *Logica*.
1645. Messer Alessandro di Cesare Incontri *Iſtituta* — Messer Alessandro d'Ottavio Incontri *Logica*.
1646 Messer Gio. Battista Fraticelli *Logica*.
1649. Domenico Guasparri *Logica*,
1650. Can. Jacopo Incontri *Iſtituta* — Mess. Lodovico Tarquinj *Logica*

= *Libro della Fraternita segnato* ✠ *pag.* 101. =

1613. Nos *Seraphinus Bava* J U. D. Praepositus ad praesens *Fraternitatis* Civitatis *Volaterrarum* jam ab Illustrissimo et Reverendissimo S R. E. Cardinali *Francisco Soderinio* ipsius Urbis Antistite qui sit in Coelis sub piis ac religiosis Legibus institutae: *Joannes*

Digitized by Google

Contusius ac *Pyrrus Liscius* Medicae Artis Professores pariter et Officiales ejusdem Fraternitatis omnibus et singulis patentes has nostras Literas inspecturis fidem facimus ac testamur *D. Perslum Falconcinium* Joannis Baptistae filium in utraque Censura candidatum currenti Anno millesimo sexcentesimo decimo tertio publicum Justiniani Institutiones interpretandi munus in Academia Urbis nostrae honestissimis suffragiis cooptatum solito stipendio obiisse, summaqae diligentia, claritate, facilitate, subtilitate, doctrina, atque Auditorum frequentia substentasse. In quorum fidem et testimonium has praesentes subscripsimus, sigilloque parvulo Publici Volaterrani per Cancellarium Comunitatis curavimus muniendas &c.

Seraphin Bava.
Joannes Contusius.
Pyrrus Liscius.

alla pag. 117. Il Medico si pagava a tariffa de' giorni che curava, ed era in esso necessaria l'età d'Anni 40.

Il Maestro d'Abbaco lucrava il Salario di Sc. 25. *Stat. di N. XXII.* ed il primo Maestro d'Abbaco fu nel primo Genn. 1409. Maestro Filippo Folli da Pisa. *Cantoral. nel Publ Arch.*

Cap. IV. pag. 124. L'Iscrizione supposta di *Commodo* appartiene o a *Gordiano* Pio che regnava nell'Anno 238., o ad altro *Gordiano* detto l'*Affricano* nel 253., o al figlio di questo dell'Anno 255., poichè gettata a terra dall'alto vi si legge non CO.... ma GO...

alla pag. 127. dall'Anno 1680. al 1693. stette nel *Maschio* un certo *Lorenzini* che compose una vastissima Opera matematica, come referisce il *Targioni nel Tomo III. de' suoi Viaggi pag.* 87.

Al Cap. VII. pag. 152. fu omesso di notarsi nella serie dei Letterati Volterrani *Ottaviano di Ugo di Ser Jacopo Ulivieri da Volterra* stato replicatamente Lettore dell'Università di Bologna, come apparisce dal seguente Documento trascritto dalle Deliberazioni del Consiglio Generale di *Volterra* esistente nel Pubblico Arch. Tom. 6. Lib. 2. pag. 40. dal 1329. al 1333. = *super Literis trasmissis Dominis XII. per Rect. Cons. et Scholares Universitatis Scientie Medicine et Artium Studii Civit. Bononie, in quibus Literis inter alia continetur, quod placeat dd. Dominis XII. et Consiliis opportunis Civit. Vult. Magnifico Octa-*

viano

viano Ser Ugonis de Vult. electo noviter Rectori dicta Universitatis Scholarium in Medicina in Bon. Civit. studentium non solum dictum officium acceptandi concedere verum etiam Stat. Vult. Communis non obstantibus rogare ad dictum officium acceptandum.

— *affirmative deliberatum fuit in Anno* 1329. *Ind XII.* 14 *Maii*.

* Magister Octavianus Magnifici Ugonis Ser Jacobi Contr. S. Angeli unus ex XII. defensoribus de mense Febr. et Mart. 1330. *Tom. 6. Lib. 6. pag.* 1.

Parimente è da notarsi *Giusto di Vincenzo Buonamici da Volterra* che insegnava in Firenze Greco e Latino trovandosi quant' appresso in detto Archivio in un Libro intitolato *non chiariti* dal 1514. alla pag. 115. t. = *Giusto di Vincenzio Buonamici da Volterra che insegna Greco e Latino in Firenze prende moglie la seconda volta; e domanda di non pagar altra Gabella di Firenze e Volterra* =.

Siccome deve collocarsi nella serie di detti Letterati Volterrani il celebre Pad. *Ferdinando Ughelli* Autore della Voluminosa Opera *dell'Italia Sacra*, al Secolo *Giuseppe Francesco di Giuseppe del fu Francesco*, come si dimostra dall' atto della renunzia fatta da esso a favore del Genitore e dei Fratelli nel passare allo Stato Religioso, rog. Ser Barnaba Baccelli sotto dì 27. Aprile 1612., documento esistente nel Generale Archivio Fiorentino, in cui si legge tra le altre cose = *Ven. D. Ferdinandus in Saeculo Joseph Franciscus filius Joseph quond. Francisci de Uguellis Volaterranus Florentiae degens aetatis annorum XVI. completorum ingressus fuit in Conventu Cistelli*, e volendo far Professione *renuntiat Cosmo Thomae alias Fratri Christiano nunc cum habitu S. Mariae Carminis Florent.* (a), e a *Giuseppe* suo Padre, e a *Giovanni*, e *Giorgio* (b) fratelli e a sua madre Agnese.

(a) Nel Libro di ricordanze vecchie nel Convento del Carmine di Firenze segnato A si legge a pag. 89. *A dì 8. Giugno 1614. Ricordo come questo di detto Fr. Cristiano Ughelli figlio di Ser Giuseppe Ughelli fece la sua Professione nel nostro Convento di Fiorenza in mano del R P M. Ambrogio Ambrogi Pratese.*

In altro Libro parimente di Ricordanze segnato F. a pag. 128. *A dì 11. Nov. 1632. Ricordo come sotto dì 27. Ottob. pross. pass. essendo passato a miglior vita il M. R. P. M. Niccolò Gagli la terza volta Priore di questo Convento, sotto dì 11. detto la sera innanzi Cena si pubblicò con patente del Pad. Rev. Straccio Vicario Generale Apostolico il M. R. P. M. Cristiano Ughelli Reggente per Priore di questa Casa.*

Finalmente nel Necrologio alla pag. 44.

= *Eodem die (19. Septemb. 1634) obiit Adm. Rev. Pat. Mag. Christianus Ughellius Florentinus Consultor S. Officii, Examinator Synodalis, ac Theologus Illustriss. et Reverendissimi DD. Nuncii Apostolici. Fuit vir optimi ingenii, et in variis virtutibus versatus, post Regentias Pisarum et Florentiae habitas, Prior huius Conventus creatur, et interim a Reverendis. Theodoro Stutio ad componendas nonnullas controversias Commissarius Nostri Conventus Bibonae mittitur, in redeundo vero Pisis morbo gravi aggressus trigesimo septimo aetatis suae Anno moritur, ibique sepultus est Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quarto.* =

(b) Parimente nell' accennato Libro di Ricordanze segnato F. si legge alla pag. 141.

A dì 30. di Luglio 1633. Ricordo come questo di detto si accomodò dentro il Voltone della Porta del Martello un Quadro con sue Cornici dorate, dov' è dipinto un Ecce Homo, pittura a olio fatta dal Sig. Giorgio Ughelli fratello del M. R. P. M. Cristiano Ughelli moderno Priore di questo Convento, quale fu stimata

mata tra fattura, tela colori ed oro, tanto nelle Cornici come nel Padiglione Scudi ventisei, ma il detto Sig. Giorgio si contentò di Scudi quindici, volendo a grazia del suddetto P. M. Priore suo fratello donarne undici liberamente senz' aggravio alcuno del Convento =

alla pag. 153. Fra Mariano fiorì nel 1432. anno in cui si vede compilata la sua Opera MS. esistente nella Pubblica Libreria di Volterra.

alla detta pagina. Di Jacopo di Niccolò Gherardi vedasi l' Ughelli in *Episcopis Aquinatibus Ital. Sacr. Tom. I. pag.* 399. — Niccolò Padre di Jacopo ebbe per Moglie Margherita di Namo di Michele Tinucci delle Pomarance, come dal *Codice de' Rapporti de' Contratti dal* 1412. *al* 1443. *N. IV. nel Pubblico Nostro Archivio*. Ebbe pure altra Moglie, conforme apparisce *dal Libro delle Collazioni nella Curia Vesc. di Volterra del* 1443. *pag.* 47. ove si trova presentato un Prete per Rettore al semplice Benefizio di *San Bartolommeo della Cattedrale da Albiera di Nanni di Taviano de Belforti Moglie di Niccolò de Gherardi*.

pag. 154. *Raffaello di Gherardo Maffei* è illustrato da Monsig. *Benedetto Falconcini* colla vita che ne pubblica nel 1722.

pag. 155. *Gaspero Zacchi* è parimente encomiato nella suddetta Vita di *Raffaello* alla pag. 148., ove si accenna che fù sepolto in Roma in S. Maria Maggiore morto colà nel 1473.

pag. 156. *Tommaso Fedra Inghirami*. Vedasi la citata Vita di *Raffaello* alla pag. 210. Era Fedra *Canonico* di S. Pietro di Roma, come si ha dall' infrascritta Lettera che *Egli medesimo* scrive a *Mario Maffei*, al quale in appresso scrivendo Raffaello da Roma fà l' Elogio di *Fedra* già morto, rilevandosi dall' altra Lettera che ne siegue, copiate ambedue dal loro Originale, Leggansi pertanto.

= *T. Phaedrus Mario Maffeo Volaterrano nomine Capituli, et*

li, et Canon. Basilicae Principis Apostolorum de Urbe S. P. D. Rev. Pater et Frater Noster honorande. Quia quotidie nobis de Monialibus nostris *apud Trevium ea nuntiantur quae minime vellemus, quaeque praesentia unius* nostrum *exposcunt considerantes auctoritatem P. V., et earum rerumquae illic sunt necessaria, cognitionem enixe requirendam, ea decrevimus ut si commodo suo facere poterit, cum ad Urbem redeundum illi erit, illac iter faciat; vel si id sibi aut per onus nondum forte firmatum recte, aut per justam causam facere non liceat Rev. P. D. Ascanium Rufinum* Concanonicum *nostrum hortatur nostro nomine eam ipse Provinciam suscipiat, quem instruendum, et edocendum, admonendumque eidem Pa: V. relinquimus, cum omnia illi sint cognitissima. Recens nunc illud occurrit, quod cum vestro, si recte meminimus, suasu Don Brunetto Butii illarum curam commisserimus, is nunc apud nos malae tractationis accusatur, veremurque ne oves Lupo. Petitur et magnis precibus Coadiutrix Abbatissa, timemusque ne quid lateat insidiarum. P. V. Rev. praesens omnia cognoscet et cum ad nos redierit, quod optimum factum erit exequemur.* Collegis nostris *salutem. Bene valeat P. V. Romae die prima Januarii* 1516.

= *Raphael Volaterranus Mario Fratri S. P. D.*

Phaedri obitus, ut par est, communis hic dolor fuit. Hic enim evenire solet ut defunctorum pia memoria vel inimicorum temperet acerbitatem et quae in vivo bona sunt extimata, in extincto longe majora videantur. Patria namque magno tamen laudatoque Cive, nec minus Accademia Romana suo fere Antistite orbata est. Eo namque desinentibus Mafeis illis atque Cortesiis concursus fiebat. Vir profecto cui naturae dotes quantas nemini hoc tempore viderim, aut audiverim cumulate convenerant, praeter enim pronunciationem,

quae

quae primus ejus honos fuerat, ingenium innumerato qudadmodo habebat; itaut omnia quae tentaret ei magnopere succederent, unde gratiam ille Principum facile inierat, et ex paupere dives velociter est factus. Denique fortunam ut homo Volaterranus secundam usque ad extremum, ut vidimus, habuit. Atque utinam haec dona coelestia caeteris artibus, in quibus vera est laus ac felicitas conjunxisset, nihil eo beatius. Inter haec te video quasi mancum remansisse. Omnes enim qui vos norunt valde pares in omnibus faciebat fortuna, patria, studium, voluntas, vitae cursus, et institutum mirum quantum convenerant. Quin Mater saepe dixit se putare pro uno geminos edidisse. Alter alterum admirabatur, oblectabat, imitabatur, nollem tamen ex vitae brevitate. Igitur, frater, tam cari Sodalis admonitus exitu, te hortor ita vivere, ut quotidie moriturum. Habendi modum statuere quae jam possides facile communicare: omnium denique quae tibi sunt credita fidelem esse dispensatorem, quae quum alia tum duo praecipua sunt. Tuorum hic militum peccata, nisi per te renormentur, tua sunt, nec minus Aquinatum quando illorum curam suscepisti, senis et invalidi vices subeundo. Ille nunc in portu navigat. Tu vero in alto. Ille commodum tantum citra periculum sedit, tu tantum incomodum, nullum in hoc genere medium, si non aedificas destruis, si non congregas dissipas. Tot mortibus digni qui praesunt, ait in Pastorali Gregorius. Quot subditi per illorum negligentiam delicta committunt. Dei autem gratia, modo velis isto tuo admoto ingenio, quo non plane illo quem supra nominavi inferior appares, omnia in statum reducere bonum facile poteris, ut sic Domino placeas qui te in partem hereditatis, et regale Sacerdotium ad Ecclesiae Sanctae vocavit usum. Vale in Christo. 19. Settembre 1516.

alla *pag.* 158. *Mario di Gherardo Maffei.* Vedasi la sopra

accennata Vita di *Raffaello* pag. 116. 136. 224. 227.

alla pag. 159. parlando di Monsig. *Jacopo Guidi* si aggiunga = *Questo fu uno dei Padri del Concilio di Trento del quale scrisse gli Atti, che si trovano presso i rispettabili di Lui Sigg. Agnati in Volterra.*

Pag. 163. *Monsig. Andrea Minucci* scrisse la Storia degli Uscocchi popoli fuggiti dalla Liburnia per sottraersi dalla tirannia dei Turchi, passati dipoi a Elissa, quindi in varj luoghi mediterranei e marittimi. *Gen. di Fr. Paol. Sarp. T. I. pag.* 74.

alla pag. 170. Fra i Letterati della Famiglia *Lisci* debbono aggiungersi quelli notati dall'erudito *Sig. Persio Benedetto Falconcini* in occasione di pubblicare nell'Anno 1763. varj poetici Componimenti per le nozze del vivente Sig. Balì *Benedetto* colla Nobil Sig. *Girolama Maffei*. Questi sono *Benedetto* gran Letterato del Sec. XIV., di cui si trovano diverse Opere MS. nella *Biblioteca Laurenziana in Firenze*, Monsig. *Niccolò* Prelato della Corte Romana, al quale fanno elogio il *Volterrano nei Commentarj Urbani* Lib. 3. pag. 42. e *Monsig. Falconcini nella Vita di Raffaello Maffei* pag. 73. *Cino di Francesco Lisci*, che viveva nel Sec. XVI. incominciato, come accenna il *Cecina nelle Memorie Istoriche di Volterra* pag. 247; e finalmente *Ambrogio* che fioriva nell'incominciar del Secolo XVII. secondo il *Giovannelli nella sua Cronistoria di Volterra* pag. 150.

alla pag. 176. *Zacaria Zacchi* descrisse tutte le produzioni naturali del Territorio Volterrano, opera però non per anco veduta in Patria. *Targ. Viag. T.* 3. *pag.* 144.

alla pag. 177. *vers.* 6. si legga *Funajoli* in vece di *Mazzoni*. Nella stessa faccia si dice *Francesco da Volterra* della famiglia *Cipriani* per sbaglio, imperciocchè era *Capriani*, come meglio nell' *Append. della Parte II. sotto N. II. e nel Cap. III. della medesima*

sima

Digitized by Google

ſima Parte pag. 195. *in no*. Era il *Capriani* famoſo Intagliatore di Legno, di cui ho io pure veduti belliſſimi Lavori in *Mantova* ſpecialmente nella Cattedrale allorache colà mi trovavo nell' Anno 1783. Il *Baglioni* nelle Vite de' Pittori parlando di *Franceſco* a pag. 45. (che però dice *Cipriani*) ci avviſa eſiſter di eſſo un *Lunario* che ha i *caratteri del Cielo e le mutazioni del tempo figurato calcolato col Meridiano di Roma ſotto Siſto V.*, dal che ſi comprende che aveva una qualche tintura di *Aſtronomia*. Il *Bottari* nelle Vite parimente dei Pittori elogia aſſai in molti luoghi il noſtro Capriani e la di Lui Moglie *Diana Mantovana* lodata aſſai per le ſue Inciſioni dal *Vaſari* nella pag. 111. del Vol. 2. delle Vite dei Pittori ediz. di Bologna del 1665.

alla pag. 189. *ſi aggiunga* che in una Carta del Veſcovado del 1192. ſi trovano le *Moje Orfanelle*: ed in altra de' 22. Settembre 1214. ſon nominate quelle di *Gello*, *Palombaja*, e *Pomarance*.

L 2 AP-

APPENDICE
DEI DOCUMENTI
DEL SECONDO TOMO.

NUM. II. *Relazione alla Pubblica Magistratura.*
= Magnifici Signori Volterrani Coscritti.

QUando venni Nobilissimi mia alla Patria venni solo affine di giovare et a nobilire la mia Volterra, ancorchè io non sia se non uno strumento atto a poter eseguire che senza Voi non vaglio nulla: ora trovandomi io obbligato e aggravato dal carico dell' offitio che mi ha dato e anco spinto dal zelo dell' honor vostro, come anco mio, io che non compatisco che resti li mia Signori in vergogna et ancor mal soddisfatto io, come dissi di sopra sì per il danno del pubblico sì ancora la vergogna dell' uno et altro non voglio tacere di non ti dire quello che in questo succede et questo è che facendomi questo Consiglio Officiale et Curatore sopra la prova dell acqua di Castello alla prova della certezza se era tantacqua viva o nò, ora essendo quasi sicuri di sì voliamo che la spesa fatta sia con desiderio non fatta con vituperio. Sichè nobilissimo Senato vengo hora a supplicarti che questa honorata impresa utile et nobile è la somma dell' hornamento di Volterra si debba seguire infino alla ferma certezza et anco a integrare che quello che si è fatto non sia buttato via al fosso che vi è fatto hora come quello che è peggio et quello antico et la perdita dell'acqua che mai più se ne vedrebbe segno nè di acque nè meno di così bella *Conserva* hornamento di questa così antica Città, che invero saria da tenere conto quanto di cosa che sia in questa nostra Patria, et per chiarirsi et

Digitized by Google

et acconciar tutte le cose che sono in disordine saria la spesa di venti o venticinque scudi che più presto che vincerli in Consiglio doveresti con animo generoso dalle vostre borse proprie cavarli per così singular impresa a imitazione di quelli delle altre Città del Monte che per cercare un' acqua spendono le migliara di ducati ma questo non nascie da altro che dall' abondanza ce n' habbiamo per gran privilegio che habbiamo da Dio, però non ho volsuto tacere di non dire queste quattro parole innanzi la mia partita che sarà in breve acciò possa dar ordine al tutto. Valete felici :· di Canonica il dì 16. Ottobre 1580 MDLXXX.

di questo Consiglio Affetionatissimo *Francesco Capriani* detto il Volterra Architetto.

Arch. Pubblico

NUM. I. *Quod Episcopus nullo commento liceat res Ecclesiae alienare, et quod privilegia omni ratione integra convenit servare. = Gelasius Justino Archidiacono et Fausto Defensori. Cap. 151.*

VUlterranae Ecclesiae actus vel Patrimonium quod hactenus comperimus destitutum vel post damnationem Eucharisti quo fuerat depravante dispersum curae vestrae decrevimus esse delegandum, ut diligentia (qua vos pro Ecclesiae utilitatibus existimamus esse vigilantes) praedia culturae restituatis antiquae: revocetis si qua sunt vendita aut donata mancipia, possessiones etiam quae ab Eumantio et Oppilione Episcopis vel caeteris quovis jure videritis teneri (quia contra constituta Synodi ab Episcopo praedia alienari nullo potuerunt commento) nihilominus revocentur. Sit emptoribus ad eum recursus qui praesumpsit aliquid de Ecclesiae Rebus illicita venditione distrahere: ita ut pensiones annuas ad Pontificem deseratis cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari ut ejus dispensatione portiones proveniant consuetae: ita ut portionem quartam

quae

quae ad eos pertinet sua Pontifex ordinatione distribuat, prout cujusque locum meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum, ut quartam Clericis eroget, pro consideratione suae electionis Antistes: fabricarum etiam portio Episcopo sciente et disponente vestra erogatione pendatur quatenus nihil penitus in detrimentum alicujus rei patiamini generari *. Si quod vero in Ecclesiae vestrae damnum aut in his quae sunt praeceptionis nostrae prohibita Pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate ut quid fieri debeat censeamus. Decimas justo ordine non tantum nobis sed majoribus visum est, plebibusque tantum ubi sacrosancta dantur baptismata, deberi.

NUM. III. Prendiparte Marchesis de Vulterris Sindicus Episcopatus Vulterrani constitutus a Capitulo Vulterrano gerente nunc vices Sedis Vulterrani Episcopatus vacantis nomine Episcopatus Vulterrani ad affictum locavit et concessit Davinuccio q. Davini Contrate Castelli de Vulterris petium terre Vulterrani Episcopatus vineatum in parte positum Vulterris juxta portam Vulterrane Civitatis de plano Castello intus muros novos et veteres Civitatis Vulterrane cui a primo porta major muri novi Civitatis de plano dicto 2. murus novus Civitatis a 3. murus anticus Civitatis et a 4. Episcopatus predicti terra, et si alii sunt confines, tenendum meliorandum et non pejorandum et usufructandum tam vineam quam terram scombratam ita quod in terra ubi est vinea nihil seminet vel seminari debeat imo ipsam vineam teneatur et debeat bene putare ligare cavare et ricalzare et temporibus congruis hinc ad prox. Kal. Aprilis q. ab m. ad unum annum proxime completum pro affícto et afficti nomine v. gr. grani ad quarram Vulterranam boni et puri pro toto tempore

---

* *Tutti i versi dopo l' asterisco sono di più nell' Opere d' Ivone, e mancano nel Decreto del Corpo Canonico.*

pore dicto.... in proximo futuro festo S. Marie Mansis Augusti solvenda.... apud Curiam Episcopatus si fuerit Episcopo reformata si non apud Canonicam Vulterranam hoc acto et expresse dicto inter contrahentes in presenti certa quod si dictus Sindicus vel alius pro Episcopatu habens mandatum Episcopatus Vulterrani nomine voluerit facere actari vineam dictam per proximum festum S. Michaelis facta per Davinuccium recollecta vini dicta vinea quod liceat ei locatione non obstante presenti Salvo et reservato dicto Davinuccio quod liceat ei tenere grogum suum ubi nunc est positus in dicto petio terre usque per totum dictum tempus scilicet ab istis proxime futuris Kal. Aprilis et ab inde ad unum annum sine contradictione alicujus.... *sieguono le formule notariali*.

Act. eodem die et loco Vulterris in Claustro Cnnonice Vulterranae A. D. 1269. Ind. 13. die 4. Nov. presentibus Johanne not. q. Johannis Cino q. Benvenuto, et Benincasa &c.

Questa carta si trova appresso il Nobile Sig. Antonio Ormanni di Volterra di cui si è fatta memoria nella Prima Parte pag. 202. in not. Altro contratto perchè quasi simile si tralascia.

* La coltivazione del Zafferano in questi tempi fioriva in Volterra poichè si trova in un frammento di rendimento di Conti dei Tutori e Curatori ai Proveditori dei Pupilli d'una certa Imilia, che si rende ragione di *duo modia croci ad bonum florem* et iij di *novellino*: ed in altro si accennano 20 *quarras croci*, facendosene spesso menzione in altri conti.

NUM. LXXXIIX. *Rubrica de Ceris portandis, et offerendis in Festo S. Marie de Augusto, et in quibusdam festivitatibus*. Cap. XXXVIII.

Teneatur Potestas facere reduci annuatim ad Festum S. Marie de Augusto scilicet ad vigiliam ipsius ab

ab hominibus omnibus de Vulterra et ejus confinibus, et de Valgonizinga tota, et de qualibet Villa que est prope Civitatem Vulterre per sex milliaria, et a quolibet eorum hominum unum Cerum valute 22 den. ad minus quod offerre debeant accensum in sero ad vigiliam predictam apud Ecclesiam majorem Vult. Item teneatur facere apportari a parochianis dicte Ecclesie apud ipsam Ecclesiam ad vigiliam B. S. Octabiani scilicet ab uno pro qualibet domo dicte Parochie cujus bona valeant per 50 libras vel ultra unum cerum quod sit ad minus valute sex den. Et quilibet predictorum teneatur predicta facere et quicumque predicta non fecerit condemnetur pro qualibet vice in solidis quinque denariorum, et quilibet teneatur et possit illum denuntiare. Et pred. Potestas publice banniri faciat per Civit. Vult. et quod nullus in dictis vigiliis faciat cerum, aut vendat minoris valute ad dictam penam. Item quod d. Potestas faciat in d. festo S. Marie ad portandum d. ceros homines suprascriptos venire simul ad ipsam Vigiliam scilicet omnes homines unius Contrate simul et ab hominibus alterius contrate separatim et in d. Ecclesiam cerum dimittere et offerre quilibet teneatur ad penam solid. 20. den pro quolibet sic non dimittente. Et super predictis ponantur Custodes secreti ad voluntatem Potestatis et XII. Item ordinatum est quod in festivitate suprascripta scilicet B. M. Virginis de mense augusti annuatim in vigilia d. festivitatis Comunitates infrascripte Vulterrani districtus sive ipsarum Comunitatum Sindici pro ipsis Comunitatibus, et Contrate infrascripte de Civit. Vulterr. teneantur et debeant apportare, et offerre Ecclesie B. M. V. infrascripta ceria infrascripto modo, videlicet: quod Sindici infrascriptarum Comunitatum incedant et veniant ad d. oblationem faciendam sotiati cum hominibus ipsarum Comunitatum honorifice. Et Balitores Contratarum cum aliquibus hominibus et infrascriptis Contratis et offerant quilibet infra-

infrascriptarum Comunitatum et Contratarum unum cerum honorabilem de Ligno cum cera, et pictura secundum extimationem infrascriptam, et ceria ipsa in dicta Ecclesia faciant applicare et poni ad penam librarum 25 den. pro qualibet Comunitate, et libr. 50 den. pro qualibet Contrata q. contra pred. fecerit vel ea ut dicta sunt non observaverit in quibus penis debeat condemnari Comunitas vel Contrata contrafaciens vel omittens per Potestatem Vult. Communis. Cera tamen infrascriptorum cereorum debeat mitti et spendi in reparatione et aptatione suprascripte Ecclesie S. Marie de Vulterris scilicet

Comune Ripamarantie teneatur et debeat apportare et offerre in vigilia d. Festivitatis pred. Eccl. S. Marie de Vult. unum cerum extimationis et valute libr. 20 denariorum.

Comune Castri Novi unum cerum extimat. et valute Lib. 15 den.

Comune Montis Viridi unum cerum ejusd. extimat. et valute.

Comune Montis Castelli unum cerum ejusdem extimationis et valute.

Comune Libiani unum cereum tantundem extimat. et valute.

Comune Querceti unum cerum Lib. 10. den.

Comune Micciani	
Serazzani	unum cerum
Lustignani	
Montiscerboli	
S. Dalmatii	extimationis
de Leccia	
Saxi	
Montis Leonis	tantundem
Castri Vulterr.	
Montis Gemoli	
Gelli	
Mazzolle	

M

Digitized by Google

Comune Aque vive unum cerum extimat. et valute sex denariorum.

Comune Canneti	}	unum cerum
de Saxa	}	
Montis Rufoli	}	extimationis
Montisfalconis	}	
Micciani	}	tantundem

Comune Sorbajani unum cerum extimat. Lib. 8. denar.

Buriani	}	unum cerum
Agnani	}	extimationis
Ville Magne	}	tantundem
Nigre	}	

Contrata vero porte Silicis Plani Castelli cum Curia Montis Vultrai ad Libram seu in Libra d. Contrate debeant et teneantur portare et offerre in vigilia d. festivitatis Ecclesie suprascripte scilicet S. Marie de Vulter. unum cerum extimationis et valute libr. 30. den. et ad faciendum d. cerum Curia Montis Vultrai et in Villa de Ponsano offerat usque ad quartam partem expensarum pro d. Cero faciendo et expendimento, et ad ipsam expensarum rationem videndam intersit unus bonus homo de Ponsano, et alius de Pignano, et alius de Ulignano, et aliter vel alio modo non possit eis aliqua imposita de tali causa fieri, et si fieret solvere non cogantur,

Contrata autem S. Angeli cum suis pertinentiis extra muros novos Civit. Vulterr. offerat et offerre debeat unum cerum extimationis et valute libr. 30. denar.

Contrata Platee et Castelli et S. Alexandri cum suis pertinentiis libre unum cerum ejusdem extimationis et valute Lib. 32. denar.

Item quod in festivitate Paschatis, Pentecosten, et B. S. Justi quolibet anno in d. festivitate S. Justi Balitores infrascriptarum Contratarum et Villarum teneantur et debeant apportare et offerre Ecclesiae pred. B. Justi de Vult. unum cerum de Ligno pictum et orna

tum-

Digitized by Google

tum cum cera secundum extimationem infrascriptam.

In primis Contrata S. Stephani de Vulterra unum cerum extimationis et valute Lib. 15. den.

Contrata Protomartii unum cerum extimat. ejusdem.

Contrata S. Justi unum cerum extimat. et valute Lib. 12. den.

Contrata Montis Bradonis unum cerum ejusd. extimat.

Villa Vallis Guinizinghe cum suis pertinentiis unum cerum extimationis et valute Lib. 15. den.

Et si qua pred. Comunitatum, Contratarum, vel Villarum pred. sibi pertinentia ut dictum est non fecerit vel contrafecerit condamnetur per Potestatem Vulterr. Comunis in Libr. 25 den.

Cera vero sive pretium quod ex ipsa cera percipitur debeat converti in reparatione et aptatione Ecclesiarum BB. Justi et Clementis et non alibi.

NUM. IV.

CAlixtus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Wlterrano Episcopo salutem et Apostolicam Benedictionem. Nuper ad Urbem festinantes cum per partes Tusciae pro Ecclesia servitio transiremus ad Civitatem Tuam cum fratribus Nostris devenimus. Ubi a dilectione tua plurimum exorati 13. kal. Junii Episcopalem Wlterranae Civitatis Ecclesiam in honorem B. et gloriosae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae nostris tamquam B. Petri manibus largiente Domino consecravimus. Cui etiam Ecclesiae pro fidelitate tua, et servitio hactenus Ecclesiae Romanae impenso hanc dilectionis prerogativam concessimus ut quicumque fideles anniversario ipsius Consecrationis die usque ad octavam ejus per annos singulos ad eumdem locum devote convenerint remissionem viginti dierum de poenitentiis suis per misericordiosissimam S. Spiritus gratiam consequantur. Si quis autem ad eamdem Ecclesiam venientes, vel ab ea redeuntes in personis vel rebus ledere aut

 mo-

molestare praesumpserit, et commonitus satisfacere infra 40. dies contempserit excomunicationis sententiae subjacebit. Tu itaque Frater in Christo humanissime sicut et facis in Romanae Ecclesiae obedientia persevera, quatenus et nunc de accepto beneficio graturleris, et in futuro de largiore Sedis Apostolicae liberalitate Domino praestante congaudeas. Dat. Laterani 8. id. Jul. ann. 1120.

Arch. Capitolare.

NUM. VI.

Gregorius Episcopus Serv. Servor. Dei Dilectis filiis Capitulo Wlterrano salutem et Apostolicam benedictionem. Licet vobis dilectum filium Opizonem Archidiaconum Lucanum in vestrum eligentibus Episcopum et Pastorem idem electioni de se facte consenserit si de nostre procederet beneplacito voluntatis quia tamen consideratis utilitate Lucane Ecclesie ac aliis circumstantiis universis electionem hujusmodi non providimus confirmandam. Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus provideatis vobis in Pastorem per electionem Canonicam de Persona idonea que tanto congruat oneri et honori. Dat. Laterani 3 kal. Mart. Pontificatus Nostri Ann. XIII. 1240.

NUM. VII.

Gregorius Episcopus Serv. Servor. Dei Dilectis filiis Clero Wlterrane Civitatis et Dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Pre ceteris que nobis in preeminenti speculo circumspectionis publice constitutis imminent attendenda hoc precipue vigilantiam nostram excitat hoc sollicitat curam nostram ut dominicis gregibus quibus pernitiose luporum non desunt insidie presidia quoque tuta non desint custodie pastoralis. Sane olim Ecclesia Vulterrana Pastoris solatio destituta minor pars Capituli ejusdem Ecclesie dilectum filium fratrem Guillelmum de Pannocchiensibus Ordinis Predicatorum in Wlterranum Episcopum elegerunt. Major vero

pars

pars Ven. fratrem nostrum Episcopum Cremonensem ad predictam duxerunt Ecclesiam postulandam. Cumque tam electio quam postulatio hujusmodi coram Nobis presentate fuissent Nos super ipsis dilectum filium nostrum Simonem Tituli S. Cecilie presbiter. Cardin. dedimus partibus Auditorem. Et licet super electione ac postulatione predictis coram eodem Card. fuerit diutius litigatum, tamen de fratrum nostrorum consilio electione pred. certis ex causis non persone vitio justitia exigente cassata, postulationem ipsam nequaquam duximus admittendam. Demum vero de ipsius Ecclesie ordinatione solicite cogitantes ne ipsa pateretur ex iterate dissentionis dispendio et diutina vacatione discrimen et de tali eidem persone provideri volentes que subditis verbo proficeret et exemplo dilectum filium *Rainerium de Uberuinis* tunc Prepositum Aretinum virum utique sicut accepimus in temporalibus providum et in spiritualibus circumspectum de fratrum eorumdem consilio ipsi Ecclesie in Episcopium prefecimus et Pastorem firmam spem fiduciamque tenentes quod Ecclesiam ipsam auctore Domino salubriter gubernabit. Quocirca Universitatem vestram rogare monemus et hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes quatenus ipsi tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum devote ac humiliter intendentes eidem obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac humiliter observando. Alioquin sententiam quam idem propter hoc rite tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. apud Urbem Veterem 5. kal. Junii Pontificatus nostri Anno secundo 1273.

Arch. Vescovile

Loco plumbi ✠ deperditi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. XI.

EXemplar. In nomine Domini Nostri Jesu Christi Dei eterni. *Lotharius* divina ordinante providentia Imperator Augustus. Propter Imperialem sublimitatem ut Ecclesiarum et Sacerdotum Dei utilitatibus benignitatis sue munere faveat quia si talibus semper studet negotiis procul dubio et temporalem gloriosus transigat vitam et eternam felicius obtinebit. Idcirco omnium fidelium S. Dei Ecclesie ac nostrorum presentium scilicet et futurorum noverit solertia quia vir venerabilis *Andreas* Volterensis Ecclesie Episcopus detulit optutibus nostris quasdam auctoritates avi scilicet et Genitoris nostri Luduvici piissimi Augusti in quibus continebatur insertum qualiter ipsi ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum in eadem Sede degentium jam dictam Sedem que est constructa in honore B. Dei Genitricis semperque Virginis Marie et S. *Justi* semper sub plenissima tuitione ac immunitatis defensione habuissent. Sed pro firmitatis studio petiit predictus *Andreas* Ven. Episcopus celsitudinem nostram ut ob mercedis nostre augmentum easdem auctoritates per nostre mansuetudinis preceptum confirmaremus. Cujus precibus ob divini cultus amorem et anime nostre remedium assensum prebuimus hos excellentie nostrae apices fieri decrevimus quibus precipimus atque jubemus ut nullus Judex publicus vel quislibet ex judicialia potestate in Ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones memorate Ecclesie quas moderno tempore in quibusdam pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri jussa et legaliter tenet vel possidet vel que deinceps in jure ipsius Ecclesie voluerit divina pietas augeri ad causas judiciario more audiendas vel freda exigenda seu mansiones vel paratas faciendas aut fidejussores tollendos aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quam et servos injuste distinguendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus

bus ingredi audeat, vel ea que supra memorata sunt penitus exigere presumat. Sed liceat memorato Presuli suisque Successoribus res predicte Ecclesie cum omnibus sibi juste et legaliter subiectis et cum omnes fredos concessos sicut in precepto domni et Genitoris nostri atque Avi continetur sub immunitatis nostre defensione quieto ordine possidere et nostro fideliter parere Imperio atque pro incolumitate nostra Conjugis ac Prolis seu etiam totius Imperii nostri stabilitate una cum Clero et Populo sibi subjecto Domini immensam Clementiam exoraret. Concedimus etiam eidem Andree Venerabili Episcopo et Successoribus ejus quos elegerint habere advocatos qui utilitatibus predicte Sancte Voloterrensis Ecclesie prudenter viriliterque procurare decertent. Et ut hec nostre immunitatis preceptio firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum ✠ *Lotharii* Serenissimi Augusti

Erimbardus Notarius ad vicem

Hilduini recognovi.

Data III. Kal. januarii Anno Christo propitio Imperii Domni Alotharii piissimi Augusti in Italia XX. VI. et in Francia VI. Indict. Octava — 845.

Actum Aquisgrane Palatio Regio in Dei nomine feliciter amen.

Ego Balduinus Sacri Lateranensis Palatii judex et Notarius hujus authenticum vidi, et legi et ideo hic subscripsi

Ego Buonaccursus Notarius Apostolice Sedis authenticum hujus vidi et legi et manu propria exemplavi.

Ego Ugo Domini Imperatoris Notarius in hoc exemplari ex authentico sumpto SS.

Ego Bernardus Notarius Domini Imperatoris authenticum hujus vidi et legi et subscripsi ec.

Arch. Vescovile.

Digitized by Google

NUM. XII. *Statuti di Mercanzia e Pizzicheria nel Pubblico Archivio di Volterra dell'Anno 1335 Libro di N. 4. in fine.*

„ RESurrectio D. N. Jesu Christi)
„ Ascensio D. N. Jesu Christi) comandate
„ Pentecosten.)
„ Festivitas Corporis Christi.)

Festivitates ad Episcopatum pertinentes sub Excomunicationis pena

„ S. Octaviani Confessoris
„ S. Victoris Martiris.
„ Dedicatio Ecclesie S. Marie.
„ S. Cecilie Virginis.
„ S. Ugonis Episcopi.
„ *Festivitates pertinentes ad Populum Vulterranum.*
„ S. Marcelli Martiris.
„ SS. Cosme et Damiani MM.
„ SS. Actinae et Greciniane Virg. et MM.

NUM. XIII. *In Letaniis que sunt ante Ascensionem.*

POstea vadimus ad Ecclesiam S. *Justi* de monte in cujus ingressu incipit Cantor *filie Jerusalem* et dicitur ibi nona et Letanie quibus expletis et finito *Pater noster* et dicto versiculo de Resurrectione et suprad. oratione videlicet *Adesto Domine etc.* imus ad *S. Justum ubi Corpora* eorum requiescunt. In cujus ingressu Cantor incipit Ant. *BB. Viri Justus et Clemens* et ibi statim incipitur missa hoc ordine officium *Omnes gentes* ℣. subiecit Populos. Gloria in Excelsis Deo non dicitur. Orat. Adesto Domine supplicationibus nostris et postea Orat. *BB. Confess. Justi et Clementis* h. videlicet *Adsit* nobis D. SS. tuorum etc. Episcopale Lect. Act. Apostolorum In diebus illis multitudinis credentium erat cor unum; et anima una All. *Omnes gentes*. Evang. secundum Johannem sublevatis Jesus oculis in Celum dixit Pater venit hora et non dicit. *Credo*. Off. *Ascendit Deus*. et ibi fit *sermo ad populum* et preces. postcom. Pacem meam. Missa expleta omnes redeunt ad propria.

Digitized by Google

NUM. VIII.

JOhannes Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Raynucio Episcopo Wlterrano salutem et Apostolicam benedictionem. Pridem circa statum Ecclesie Wlterrane tunc Pastoris regimine destitute paterna solicitudine vigilantes ac cogitantes attentius quod per tue circumspectionis industriam eadem Wlterrana Ecclesia poterat relevari a noxiis et salutaribus auxiliante Domino proficere incrementis, Te quem de honestate morum conversatione laudabili vite mundicia aliisque virtutum meritis fide dignorum testimonia commendarunt, ipsi Wlterrane Ecclesie de Fratrum nostrorum consilio prefecimus in Episcopum et Pastorem. Cum autem postmodum per Ven. Fratrem nostrum Galbrandum Episcopum Arelaten. tibi *fecerimus munus consecrationis* impendi fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus quatenus ad premissam Wlterranam Ecclesiam tue cure commissam cum plenitudine nostre gratie accedens... fideliter et prudenter juxta datam a Deo tibi prudentiam regere.... eadem Ecclesia sub suo ministerio feliciter annuente Domina Clementia salutaribus proficiat incrementis. Nosque solicitudinis tue studium dignis valeamus in Domino laudibus commendare. Dat. Avenion. 8. kal. Marcii Prefatus Nostri Anno V. 1321.

Loco plumbi ✠ deperditi. *Arch. Vesc.*

NUM. IX.

CLemens Episcopus Serv. Servorum Dei Dilectis filiis Universis Vassallis Ecclesie Vulterrane ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis salutem, et Apostolicam benedictionem. Aposrolatus officium quamquam insufficientibus meritis superna dispositione commissum quo Ecclesiarum omnium regimine presidemus utiliter exequi quo adjuvante Domino cupientes solliciti reddimur ut cum de Ecclesiarum ipsarum illarum presertim que ad Romanam Ecclesiam nullo medio perti-

 nent

nent regiminibus agitur committendis quantum a Deo permittitur cujus vices gerimus in terris eis in Pastores tales preficere studeamus de quibus eonsideratis virt utibus desuper ipsis traditis presumimus verosimiliter et tenemus quod creditas eis animas verbo instruere debeant pariter et exemplo eorumque salubri regimine loca que sue fuerint custodia deputata spiritualium et temporalium grata suscipiant incrementa. Dudum siquidem videlicet idib. Febr. Praefatus Nostri Anno secundo ex certis rationalibus causis provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium in partibus Tuscie consistentium ad quarum regimina Prelati consueverunt seu debent per electionem assumi tunc ubicumque vacantium, et que usque ad biennium ex tunc in antea computandum vacare contingeret *dispositioni Nostre ac Sedi Apostolicae reservantes* decrevimus ex tunc irritum et inane si secus super iis per quobcumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; et cum finis d. biennii tunc instaret Nos similibus causis inducti reservationem et decretum hujusmodi usque ad duos annos a fine d. biennii computandos simili modo et forma duximus prorogandā. Subsequenter vero cum prorogationis pred. finis instaret. Nos eisdem causis moti pariter et inducti reservationem et decretum predicto modo et forma expressis superius usque ad alios duos annos a fine ejusdem prorogationis in antea computandos auctoritate predicta duximus extendenda. Interim vero Ecclesia Vulterrana que in partibus predictis consistit per obitum bon. mem. Ranutii Episcopi Vulterrani qui nuper in eisdem partibus debitum nature persolvit Pastoris regimine destituta nos vacatione hujusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius Eccl. Vulterr. de qua nullus preter nos se ea vice intromittere potuerat neque poterat reservatione et decreto ac prorogationibus et extensionibus obsistentibus suprad. ne longe vacationis exponeretur incommodis paternis et solli-

sollicitis studiis intendentes cupientes quoque talem eidem Ecclesie presidere personam que vellet posset et sciret eam in suis manutenere usibus et etiam adaugere ipsamque preservare a noxiis et adversis post deliberationem quam super iis cum fratribus Nostris habuimus diligentem demum ad dilectum *Philippum de Belfortibus* tunc Canonicum nunc Electum Vulterranum in minoribus ordinibus constitutum quem literarum scientia preditum vite ac morum honestate decorum in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum ac aliis multiplicium virtutum meritis laudabiliter insignitum ex testimoniis fidei dignis accepimus convertimus aciem nostre mentis quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona ipsius Philippi Electi Nobis et eisdem Fratribus consideratione premissorum accepta prefate Vulterrane Ecclesie de Fratrum ipsorum consilio auctoritate Apostolica providimus, ipsumque illi prefecimus in Episcopum et Pastorem curam et administrationem ipsius Ecclesie Vulterrane tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo firma ducti fiducia quod ejusdem Philippi Electi actus et opera illius a quo universorum carismatum dona proveniunt clementia dirigente prefata Vulterrana Ecclesia per suam curiosam solertiam suumque ministerium studiosum regatur utiliter et prospere dirigatur. Quocirca Universitati Vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus eumdem Electum debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam nec non consueta servitia et jura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem Electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Avenion. 6 id. Julii Pontificatus Nostri Anno VII. — 1349.

Archivio Vescovile.

NUM. XV.

Exemplar: In nomine Domini Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi. Hludovicus Domina ordinante Providentia Imperator Augustus. Se petitionibus Sacerdotum justis et rationabilibus Divini cultus amore favemus superni muneris donum nobis a Domino impertiri credimus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria quia vir Vener. *Grippo* Voloterrensis Ecclesie Episcopus obtulit obtutibus nostris quamdam auctoritatem immunitatis Domini et Genitoris Nostri *Karoli* bone memorie Serenissimi Imperatoris in qua continebatur insertum qualiter ipse ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum in eadem Sede degentium predictam Sedem que est constructa in onore Sante Genitricis semperque Virginis Marie et S. *Justi* semper sub plenissima defensione et immunitatis tuitione habuisset: sed pro firmitatis studio petiit predictus Episcopus celsitudinem nostram ut pro mercedis nostre augmento paterne auctoritati nostram quoque superaddeeremus auctoritatem. Cujus precibus ob divini cultus amorem et anime nostre remedium assensum prebuimus et hanc auctoritatem immunitatis nostre circa ipsam Sedem fieri decrevimus per quam precipimus atque jubemus ut nullus Judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones memorate Ecclesie quas moderno tempore in quibusdam pagis vel territoriis infra dictionem Imperii nostri juste et legaliter tenet vel possidet, vel que deinceps in jure ipsius Ecclesie voluerit divina pietas augeri ad causas judiciario more audiendas vel freda exigenda seu mansiones vel paratas faciendas aut fidejussores tollendos aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quam et Servos injuste distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat vel ea que supra memorata sunt penitus exigere presumat;

mat. Sed liceat memorato Presuli suisque successoribus res predicte Ecclesie cum omibus sibi juste et legaliter subjectis et cum omnes fredos concessos sicut in precepto Domini et Genitoris nostri continetur sub immunitatis nostre defensione quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio atque pro incolumitate nostra conjugis ac prolis seu etiam totius imperii nostri stabilitate una cum Clero et populo sibi subjecto Dei immensam clementiam jugiter exorare. Hanc itaque auctoritatem et plenam in Dei nomine per futura tempora obtineat firmitatem et a fidelibus Sancte dicte Ecclesie et nostris verius credatur et diligentius conservetur manu propria subter firmavimus et annuli nostri impressione signari jussimus Signum ✠ Hludovici Serenissimi Imperatoris.

Gundulfus ad vicem Fridugisi abatis recognovi.

Data 6. kal. Novembr. Anno Christo propitio VIII. Imperii Domni Hludovici piissimi Augusti Indiz. XIIII. — 821.

Actum Teodones Palatio Regio. In Dei nomine feliciter amen.

Ego Balduinus Sacri Lateranensis palatii judex et notarius hujus auctenticum vidi et legi et ideo hic subscripsi.

Ego Bonacursus Notarius Apostolice Sedis autenticum hujus vidi et legi et manu propria exemplavi.

Ego Ugo Domini Imperatoris Notarius in hoc exemplari ex auctentico sumpto subscripsi.

Ego Bernardus Notarius Domini Imperatoris autenticum hujus vidi legi et subscripsi.

Archivio Capitolare.

NUM. XVI. *Ex autographo Maffejano edidit Justus Fontaninius in append. Vindiciar. antiquor. diplomatum. 967.*

IN nomine Domini eterni. Otto Divina favente Clementia Imperator Augustus Domino Jesu Christi Ec-

Ecclesias sub nostro Imperio constitutas Imperialis providentia in pristinum renovando Auctorem suum sibi conciliet, ne forte imposterum de negligentia pro sui merito condempnetur. Ideoque universorum S. Dei Ecclesie nostrorumque fidelium presentium videlicet ac futurorum industria noverit *Petrum* Reverendum S. Volaterrensis Ecclesie Antistitem nostram suppliciter adiisse presentiam sueque Ecclesie varias a nonnullis occupationes invasiones atque deminerationes tam sub occasione libellorum quamque etiam diversis superfluisque violentiis in rebus seu familiis contra Dei ac nostram voluntatem illatas lacrimosis querimoniis intimasse ferentem pro manibus angustalia dive memorie piissimorum Imperatorum *Ludovici* et *Karoli Berengariique* seu *Hugonis* et *Lotharii* precepta de integritate atque immunitate et perhenni sue Ecclesie tuitione priscis suis predecessoribus emissa que vi rumpere pervasores pertinaci animo non timuerunt. Quapropter nostrum super hac causa munimentum supplex postulavit quo istiusmodi contemptores aut corrigantur aut legaliter judicentur. Nos igitur divino primum inflexi amore deinde supranominati Episcopi continua in nostrum obsequium devotione omnes jam dicte Ecclesie possessiones a quibuscumque occupatas undecumque et quomodocumque a suis rectoribus juste et legaliter acquisitas aut in antea Deo auxiliante acquirendas cum omnibus intrinsecus et extrinsecus Casis et familiis diversi sexus et etatis atque conditionis carrucariis libellariis aldonariis et cunctis rebus tam mobilibus quam et immobilibus cum pertinentiis et adjacentiis omnique integritate sua in nostrum mundburdum et perpetuam Imperialis providentie tutelam recipimus confirmantes eas et per hoc nostre Constitutionis Imperiale preceptum pred. *Petro* venerabili Episcopo ejusque in perpetuum successoribus canonico ordine habendas regendas ac perfruendas omnium quique degunt sub imperio aut futuri sunt invasione deminoratione atque violentia

Digitized by Google

lentia ab eodem Sancto Episcopo vel ipsius administratoribus penitus abdicata. Super hec volumus et expresse statuimus ut universe Predecessorum Suorum donationes prestationes precariorum seu libellorum atque Vicariorum subscriptiones que irrite supervacue atque injuste videntur tamquam inutiles per omnia et instabiles habeantur. Quecumque autem veterum liberalitate Imperatorum atque Decessorum nostrorum munimentis in sepedicta Ecclesia collocata vel stabilita sunt rata omnibus modis et perhenniter mansura. Nam quia plurimis oppressionum nequitiis eadem Ecclesia lesa videtur concedimus ibidem *quatuor esse advocatores* unde vel quales prudentiores Episcopus sibi elegerit utiliter exigentes causam Ecclesie. Ita videlicet ut nullus ex his causam ipsius Ecclesie absente Episcopo agere pertemptet et nihil amplius exigere nisi quantum Legis ratio dictaverit. Volumus etiam ut Advocatus de jam nominata Ecclesia nullam hostilem exerceant espeditionem sine suo Episcopo et si ipsi aut ceteri qui commendati sunt Episcopo et in ejus obsequio degere videntur si in publico Placito in compositione ad Reip. vel nostre Imperialis partem ceciderit nullus . . . tollere presumat quia pro nostre anime mercede ad partem jam d. Ecclesie donamus atque concedimus. His autem qui in rebus Ecclesie resident precipimus ut nullus exactor Reipubl. pignorare aut ad placita convocare.... aliquas ab eis exigere presumat quia volumus ut in judicio legatorum nostrorum stent quos specialiter ad eorum audiendas causas direximus.... oppressione plurima detrimenta pati audivimus homines sepedicte Ecclesie. Precipimus etiam ut Sacerdotes in eadem Ecclesia commorantes si canonicam obedientiam exercere non liceret et subtractas a Baptismalibus Ecclesiis decimas recipere presumpserint et ad Synodalem conventum convenire contempserint ab Episcopo ejusdem Ecclesie excomunicentur et a nemine recipiantur. Concedimus etiam et perpe-

perpetua confirmatione sancimus ut unusquisque homo ad Baptismales Ecclesias decimas det in quibus habitare videtur vel Coutes aut res habere dignoscitur. Si quis autem quod non putamus ex Ducibus Marchionibus Comitibus Gastaldionibus vel alique partis publice Officialibus seu etiam aliquis ex Clero vel ex Plebeis aliquam suprataxato Sancto ac Venerando loco violentiam subtractionem vel invasionem intulerit in rebus mobilibus et immobilibus vel familiis utriusque Sexus tamquam Imperialis precepti temerarius violator ducentas libras auri obrizi eidem Ecclesie vel ipsius Rectoribus componere cogatur et omne quod auferre conatur et vindicare non valet. Insuper etiam immunitatis pene triginta libras argenti Sancto Episcopo persolvere cogatur. Similiter volumus ut quicumque post hanc nostram imperialem preceptionem inutiles scriptiones et nocivos Libellos quos pro Dei amore nostreque anime remedio funditus extinsimus retinuerit et ipsos presentialiter sepedicto Reverendo *Petro* Episcopo non reddiderit nec ei nec suis successoribus aliqua maneat contrarietatis suspicio bapnum et immunitatem per se districtus tamquam rebellis nostrique precepti transgressor componere cogatur. Quod ut verius credatur et diligentius ab omnibus observetur manu propria roborantes annulo nostro subter insigniri jussimus.

Signum Domni ✠ *Ottonis* Serenissimi Imperatoris. Ambrosius Cancellarius ad vicem Luberti Episcopi et Archicancellarii recognovi et SS. Dat. 4. Non. Decembris Anu. Dom. Incarn. 967. Imperii vero Domni Ottonis piissimi Cesaris V. Ind. X. Act. in Castro quod dicitur Vada in Comit. Pisensi felicit. Amen.

NUM. XVII.

IN nomine S. et Individue Trinitatis. Hennius divina favente clementia Romanorum Imperii Augustus noverit omnium fidelium sancta Dei Ecclesia nostrorumque

que presentium si licet ac futurorum sagacitatis industu qualiter nos ab interventu *Benedicti* Vulterrensis Ecclesie Episcopi nostrique dilecto fideli per hanc nostram preceptalem paginam recepisse suos Canonicos ordinatos Sancte sue Vulterrensis Ecclesie pro anima nostra in nostra tuitione ac defensione prout juste et legaliter possumus. Nomina denique illorum Rodulfus Archidiaconus Petrus Archipresbiterus Sighifredus Primicerius Adelmo Vicedomui Lamberto Cantor Andreas Presbiterus .... Presbiterum Johannem Presbiterum et alium Johannem Albertum Albizonem et Johannem Diac. nec non et Azonem Widonem Almae Petrus Wandalmari Donato Teuzonem et Teuzonem Albertum Wiaderi Urso Willelmo Berardo Ildibrando Petrus et Petrus Sabatino Andrea Anselmo Baruncio Corbulo, et ceteri Canonici *scilicet quadragint.* quos in honore priscis temporibus constituti fuerunt Sancte Dei Genitricis Marie semperque Virginis et B. Octabiani hac SS. aliorum commemorationem nostram recepimus sub tuicione ac etiam omnium illorum proprietatem que ad Canonicam pertinet oblationes que singulis diebus in Episcopio et in Ecclesia S. Marie et S. Octabiani et S. Johan. Baptiste a forensis oblate fuerint vel super Altaria jam d. Ecclesie omnes oblationes tam auri quam argenti posite fuerint una cum Cimiteriis ipsarum .... simul et mortuorum nec non et Plebs S. Felicitatis et S. Johannis in Villamagna et Plebs S. Laurentii et S. Johannis in Trosela cum Cortis et rebus et oblationibus et decimationibus et mortuorum que pertinent ad prefatas Plebes et Ecclesia S. Marie in Petriolo cum sua pertinentia et Ecclesia S. Octabiani in Collina cum sua pertinentia et Cortem in Ulignano et Cortem in Flabiano et Cortem in Castagnitulo Cortem Cusignano Cortem in Ischito Cortem in Corrente Cortem in Anchajano Cortem in Tavernula Domnicato in Monte Alipertuli domnicato in Pulveraria Cortem in Duccia cum suis per-

 tinen-

Digitized by Google

tinentiis. Has Crutas quas Benedictus predictus Episcopus sue prenominate Ecclesie atquisivit et condonavit nominatrice hec sunt Cortem S. Georgii juxta fluvio Cecina et Ecclesia S. Manime in Cornino cum duodecim modiorum de Terra juxta ipsa Ecclesia et Salinis atque Ecclesia in Cabianula Ecclesia media in Paterno Ecclesia media in Caprile Ecclesia in Morticulo Ecclesia in Personate Corte que fuit Gherardi de Serina in Macano Cortem medietatem in Rozano cum piscana Cortem Ciunano Cortem que fuit Azi Judicis Cortem in Majano que fuit Teudici Cortem in Vigignano que fuit Widoni Cortem medietatem in Mezana Cortem in Rivo Odoli cum rebus novem que fuit Davizi Cortem in Granario Cortem in Mazonula Cortem in Capiano cum piscareis Cortem que dedit Ansualdo Cortem in Linaria que sita est in Paracine Casa cum terra que posita est a Porta Civitatis Lucensis juxta Ecclesiam S. Gervasii que recta est per... Hec omnia cum omnibus eorum pertinentiis per nostram confirmamus preceptalem auctoritatem ea denique ratione ut nemo eos dilaniare vel disvestire presumat de proprietatibus aut Servis nec non ancillis adquisitis vel adquirendis juste et legaliter. Insuper eis concessimus ac liberam concedimus facultatem quod habeant potestatem eorum Canonicam et quicquit eidem Canonice vel Clericis secundum pred. numerum ibidem pro tempore ordinatis de elemosinis vel aliis rebus sic pertinentibus de oblationibus scilicet atque mortuorum functione ordinandi disponendi abendi tenendi vel quicquit eorum voluntas decreverit faciendi. Nec liceat prefate Sedis Episcopum qui nunc vel pro tempore fuerit in eadem Canonica Canonicos augere supra prescriptum numerum vel aliquam molestiam aut violentiam presentibus vel futuris inferres et liceat illos per hanc nostram preceptalem auctoritatem quiete ac tute seu secure vivere Deo servire ac nostra pro anima orationem fundere et pred. Canonicam et omnes res ei vel

pre-

Digitized by Google

prescripti numeri Canonicis justa pertinentes dominare ut predictum est remota omnium hominum contrarietate vel molestatione. Precipientes igitur jubemus ut nullus Dux Marchio Episcopus Comes vel Vicecomes Sculdarius Decanus Castaldio seu Villicus alia magna parvaque persona audeat sua cum presumptione molestare hos jam dictos vel disvestire vel aliquam inferre molestationem. Sed si quis hos nostre concessionis Preceptum temere infringere temptaverit sciat se compositurum auri optimi libras centum. Medietatem Camere nostre aliamque medietatem prelibate Ecclesie Canonicis vel illorum successoribus. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur manu propria hoc Preceptum corroborantes Sigilli nostri impressione inferius jussimus insigniri.

Signum Domni Henrici Serenissimi ✠ et Invictissimi Imperatoris Augusti.

Henricus Cancellarius vice Guerardi Episcopi et Archicancellarii recognovit.

Dat. Anno Dominice Incarnationis MXV. Indict. XII. Anno Domni Heinrici Imperatoris Augusti Regni XII. Imperii ejus I.

Act. in Comitatu Pisano in Villa que dicitur Fasiano feliciter Amen &c. *Arch. Vescovile.*

NUM. LXXV.

IN nomine Sancte et individue Trinitatis Heinricus divine Pietatis ordinatione Secundus Romanorum Imperator Augustus. Curam nostri officii divinitus nobis commissa credimus. Quatenus in cunctis negociis divini timoris zelum semper pre oculis habentes sic sollicitemur de mundani regni dispositione ut ante Regem Regum securi veniamus in reddenda racione; quapropter cum omnium subjectorum nos oportet curam agere Ecclesiam tamen precipue quarum salva incolumitate dum Divino cultui debitum solvitur Christiane Religionis integritas conservatur; quocirca omnibus S. Dei Ecclesie

 no-

nostrisque fidelibus notum esse volumus tam presentibus quam futuris qualiter *Wido* S. Volaterrensis Ecclesie Episcopus nostram Clementiam adiit super Comites reliquosque publici juris ministros miserabilem querimoniam agens qui sub occasione exigendi juris clericos et famulos Ecclesie aliosque super terras Ecclesie degentes graviter affligendo inquietant et dignitatem S. Ecclesie indecentissime inhonestant. Ejus itaque miserabili querimonie aures nostre pietatis adhibentes de Ecclesia libera.... vim ne perfidia iniquorum hominum ulterius eam sub qualibet occasione lacerandam permitteremus. Interne... dilecte contectalis et opizonis nostri... lucri concedimus predicto Episcopo suisque Successoribus Clericos et famulos aliosque super terram sue Ecclesie habitantes... ut liceat eum ante se causas agere et perduelli... qualibet legali sententia lites definire omnium hominum remota contradictione. Preterea omnia que Adelmus bone mem. cum uxore sua per cartulam oblationis Volaterrensi Ecclesie contulit, scilicet Castellum de Puliciano cum Monasterio S. Sepulchri aliisque pertinentiis et Castellum de Monte Acutulo cum suis pertinentiis et suam portionem de Rocca decori cum suis pertinentiis et eam portionem quam pred. Episcopus de Castello Montegabbro adquisivit seu quicquid pred. Ecclesia in Castello de Casaglia tenebat et judicatum quod Ugo cunizonis filius pred. Ecclesie fecit et omnia que Domino annuente eadem Ecclesia juste et legaliter ad modum adquiret nostra perceptali auctoritate d. Ecclesie confirmando stabilimus; eo videlicet ordine ut nullus Dux Marchio Comes seu quelibet magna parvaque persona pred. Ecclesiam vel Episcopos per tempora Deo dante ibidem ordinatos de omnibus que superius leguntur disvestire seu molestare presumat. Si quis igitur hujus nostre donationis et confirmationis preceptum violare presumpserit componat auri optimi libras centum medietatem Camere nostre et medietatem jam d. Ecclesiae

siae

Digitized by Google

siae suisque Rectoribus; quod ut verius credatur diligentius ab omnibus observetur. Manu propria roborantes Sigillo nostro hoc precepto insigniri jussimus.

Signum Domini Heinrici ✠ Secundi Roman. Imperatoris Augusti.

Opizo Cancellarius Vice Herimanni Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi Dat. XV. Kal. Julii Anno . . . Incarnat. 1052. Ind. V. Anno autem Domni Heinrici Tertii Regis Secundi Imperatoris. Imper. VI.

Act. Turego feliciter. Amen &c.

Arch. Vescov.

NUM. XXIX.

IN Christi nomine Amen. Hoc est exemplum cujusdam Privilegii aurea Bulla bullati cujus talis est tenor. In nomine S. et Individue Trinitatis Heinricus VI. divina favente Clementia Romanorum Rex et semper Augustus. Excellentie nostre benignitas Serenitatem nostram inducit ut devota fidelium nostrorum obsequia clementer attendentes liberali munificentia majestatis nostro benefitiis ipsos studeamus sublimare. Notum igitur facimus Universis Imperii nostri fidelibus presentibus et futuris quod Nos considerantes fidem ac dilectionem dilecti *Principis* nostri *Ildebrandi* Vulterrani Episcopi quam nobis preclaris obsequiis constanter ostendit Regali excellentia ipsi et Successoribus suis *Monetam* recto feudo tenenendam in perpetuum *concedimus*. Dantes eis *licentiam et plenariam potestatem cudendi* eam in quo pondere colore et forma voluerint: et in omnibus pred. commutandi pro sua voluntate. Pro hac autem majestatis nostre concessione pred. Episcopus ejusque Successores fisco nostro annuatim in pensionem persolvant *Sex marcas* puri argenti ad pondus Colononiense in festo S. Martini preter illam pensionem quam pro aliis regalibus dare tenentur. Si vero alius Successor pred. Episcopi

pi monetam resignare voluerit non tenentur ad eamdem sex marcarum persolutionem. Statuimus igitur et Regali auctoritate sancimus ut nullus Dux Marchio Comes Vicecomes Capitaneus Consul nulla Potestas Civitas nullum Comune nulla denique persona humilis vel alta Secularis vel Ecclesiastica pred. Vulnum Episcopum vel ejus Successores in hac sublimitatis nostre concessione audeat gravare vel aliquam eis inferre molestiam. Quod si quis facere attentaverit XX. libras auri pro pena componat, medietatem Camere nostre et reliquam passo injuriam. huius rei testes sunt Conradus Maguntine Sedis Archiepiscopus Vigmannus Magdeburg. Archiepiscopus Conradus Vormat: Episcopus Heinricus Argentinen: Episcopus Bertholdus Nuremburgens. Episcopus Gherardus Muserbung. Episcopus Otto Rademburg. Episcopus Otto Frissingens: Episcopus Heinricus Pragensis Episcopus Conradus Palatii Comes Reni Otto illustriis frater noster Marchi Burgundie Otto Dux Bohemie, Otto Marchio Misnens. et filius ejus Marchi Albertus. Dado Marchi de Lusic. Comes Sifridus de Orlamunde. Comes Sibertus de Vurde. Comes Volmarus de Castello; Heinricus Mariscalcus de Bappenehin: Humfridus de Velkesteim et alii quam plures.

Signum Domini Sexti ✠ Romanorum Regis invictissimi

Ego Johannes Imperialis aule Cancellarius vice Conradi Maguntine Sedis Archiepiscopi et Germanie Archicancellarii recognovi. Acta sunt anno Dominice Incarnat 1189. Ind. VII. regnante Domino Heinrico Sexto Romanorum Rege gloriosissimo Anno Regni ejus XVIIII. Dat. apud Vicebure per manum Heinrici Imperialis Aule Prothonotarii 17. Kal. Sept. Cui quidem privilegio appensa erat quedam Bulla Eurea in filo Serico rubeo in cujus bulle una facie sculta erat quedam ymago ad modum Regis sedentis habentis in capite Diadema et in manu dextra Sceptrum in sinistra unum pomum rotundum Cruce supposita et in ejus circumferentiis hec litere

cere legebantur ✠ Heinricus Dei gratia Roman. Rex ✠ In altera vero facie apparebat quedam Civitatis figura in cujus extremitatibus hec litere legebantur ✠ Ro na caput Mundi regit Orbis frena rotundi:

Ego Johannes Petrizoli Albanisie de Bononia Notar. Imperiali auctoritate Judex ordin. et Not. et nunc Ven. in Christo Patris et Domini Domini Raineri Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi Vulterrani Notar. atque Scriba pred. exemplum prout in originali Privilegio pred. inveni hic de verbo ad verbum fideliter exemplavi et scripsi nichil addens vel minuens quod sensum mutet vel variet intellectum et ad fidem plenissimam adhibendam me subscripsi et signum meum apposui consuetum. *Arch. Inghirami.*

NUM. LXXVI.

IN nomine S. et individue Trinitatis. Fredericus Secundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator et semper Augustus et Rex Sicilie, Imperatorie Majestatis decet eminentiam justis fidelium suorum desideriis Benignam se prebere et commodam illorum propensius votis sue serenitatis aures accomodans quorum devotionem lucidam et fidem oculatam preclara in dies commendant obsequia. Inter quos dilectum fidelem Principem nostrum *Paganum* Ven. Vulterranum Episcopum precipuum reputantes. cum sue honestatis et conspicue devotionis certa nobis clarescant inditia pro fervore dilectionis quam nostre patenter gerit majestati et ob meritum fidelitatis quam Sacro Romano Imperio exibere et semper exibuisse dignoscitur affectuosius eum in petitionibus suis exaudire decrevimus. Ea que Serenissimus Predecessor noster Pater noster munifica liberalitatis sue largitate alioquin concessit predecessoribus ejus et Vulterrane Ecclesie presentis privilegii robore confirmantes. Certam de sua probitate capientes fiduciam ut quanto partes ejus familiarius recepimus tanto ipsum in nostris

stris et Imperii servitiis tamquam planctam fructiferam fideliorem inveniamus. Ea propter universis Imperii fidelibus presentis videlicet etatis et successive posteritatis notum fieri volumus quod nos ad suprad. Principis nostri interventum ipsam Vulterranam Ecclesiam cum universis que ex antiquo aut ex novo tempore possidet aut in futurum juste et rationabiliter poterit adipisci clippeo nostre protectionis tuendam suscipimus et defensandam. Universas que ad ipsius Ecclesie justitias et jura pertinent nostra evidenter auctoritate confirmantes. Quorum quedam propriis suis nominibus denotare dingnum duximus. Vulterranam videlicet Civitatem cum omnibus pertinentiis suis et cum omni iurisdictione quam Nos in Civitate ipsa habemus, et idem Episcopus a nobis tenet. cum omni et usu et consuetudine quam Vulterrana Ecclesia actenus in ea habuit. Castrum S. *Geminiani* et Castrum de *Monte Vultraio* et Castrum de *Casula* et Castrum de *Clusino* cum omnibus pertinentiis suis similiter cum omni jurisdictione nostra cum omni usu et consuetudine. medietatem Castri *Gerfalchi* cum *argenti fodinis* et omnibus pertinentiis et iurisdictione sua medietatem Castri *Travalis* cum pertinentiis suis. *Montem Cerboli*. *Montem Ruffoli*. Castrum *Lugriani*. totum Castrum *Fosini* cum pertinentiis suis. Quartam partem *Petre Corbarie* cum pertinentiis suis totum Castrum *Frosini* cum omnibus pertinentiis suis et jurisdictione sua. Quidquid Ecclesia Vulterrana habet in *Tremoli* cum pertinentiis suis. *Lecchiam* cum pertinentiis suis. Medietatem *Castilionis Bernardi*. *Berignonem*. *Ulignanum Palicrianum*. *Gambassium*. *Colle Musoli*. *Montem Agutulum*. medietatem *Stagie*. tertiam partem *Barbialle*. tertiam partem *Scopeti*. medietatem *Leguli*. medietatem *Vingnalis*. medietatem *Castrifalsi*. tres partes *Ripepajoli*. medietatem Castri de *Montetinioso*. Castrum *Clanni*. Castrum de *Peccioli*. *Lajaticum* cum omnibus suis pertinentiis et iurisdictione pred. *Dastrorum*. tres partes *Pave*. Ca-

Castrum *Bibonis* cum pertinentiis suis medietatem *podii vivarii*. totum Castrum *Casallie*. totum *Gellum*. medietatem *Stridi* cum pertinentiis suis. *Castelvecchium*. *Picchenam*. *Foschium*. *Casalliani* de *Valle Elsa* cum pertinentiis suis. *Micchium*. Castrum *S. Benedicti* Villam *Guinizzani*. *Comiani*. *S. Mariani*. Sci *Dieveldus*. *Petram*. medietatem *Aque vive*. *Bucignanum*. Sci *Victorii*. totum podium *Montis Castelli* situm juxta *Bucingnanum* podium totum *Montis Castelli* situm juxta *Streve*. *Monticcianum*. Podium *Montisfalconis*. *Miccianum*. *Belforte*. *Montegemuli*. *Quercetum*. *Saxam*. *Cannetum*. *Caselie*. *Rovetum Casale*. *Sarazanum*. *Corniam*. *Montem Viridem*. *Burianum*. *Miamum*. *Orciathicum*. *Angnanum*. *Petracassam*. *Montemeucchari*. *Gozzanum*. tertiam partem *Monzani* cum pertinentiis suis. Porro de aliis duabus partibus que ad gloriosissimi Patris nostri et ad nostram rationem spectant prenominato Episcopo et Successoribus et Ecclesie Vulterrane ... nostra largitate concedimus. Omnem jurisdictionem scilicet et quicquid filiis meis haben .... delicet ut hominibus partium duarum terras aut possessiones suas alicui persone liceat aliquo tempore obligare vel ullo modo alienare sine permissione Vulterrani Episcopi nisi Episcopo et Vulterrane Ecclesie. Preterea Castrum *Monterii* prenominato Episcopo et Ecclesie *confirmamus et argenti fodinas* que ibidem sunt cum impertinentiis suis imperiali liberalitate concedimus. De toto Episcopato et Comitatu Vulterrano omnem jurisdictionem et quecumque Regalia ad jus nostrum pertinent. Et propterea *fodri collectionem* prenominato Episcopo et Ecclesie Vulterrane suisque successoribus munificentia nostra concedimus. Statuimus etiam ut in Civitate Vulterrana et in S. Geminiano et in monte Vultrajo et in Casula Consules vel aliquis Rector non eligantur nec ullo modo fiant absque concessione et voluntate Vulterrani Episcopi. Decernimus etiam ut de possessionibus Vulterrane Ecclesie injuste detentis vel quoquo modo possessis

sessis injusti possessores adversus d. Ecclesiam non possint longi temporis proscriptione tueri nisi forte centum annorum prescriptione muniti fuerint. Concedimus etiam sepedicto Episcopo et Ecclesie Vulterrane Castra de *Montegabro*, et Curtem *Gabteti* cum pertinentiis suis et podium *Montis Calvoli* cum pertinentiis suis, et podium de *Ripa Blanca*, et *Ripamaranciam*. Et generaliter ut liceat Episcopo hec et omnia alia que sunt in Episcopatu et Comitatu suo *edificare* et *construere* in eis *Castra* et *Turres*. Castrum quoque de *Mirandolo* et Castrum de *Libiano* concedimus etiam ipsi Vulterrano Episcopo et Ecclesie sue ut sicut in Episcopatu suo ei concessimus *civiles et criminales causas cognoscere* et uni vel pluribus *pro voluntate sua terminandas delegare* ita et liceat ei vice nostra per *totam Tusciam utrasque causas et cognoscere et delegare*. Potestatem etiam ei concedimus *Judices et notarios ordinare, tutores et curatores et mondualdos dare, et naturales filios legiptimos constituere et libertates donare et appellationes in tota Provincia sua* que ad nostram Serenitatem referende sunt *recipere*. Ita ut hec omnia vice nostra libere exequantur. Ad hec potestatem ei *concedimus* ut liceat ei *sua auctoritate ingredi possessiones omnium eorum que ipse vel predecessores sui injuste alienaverunt* postquam possessiones ab eo legiptime requisitis justitiam ei facere recusaverint non obstantibus aliqua lege constitutione vel interdicto. Ad hoc Augustali nostra auctoritate firmiter sancimus ut nullus unquam Dux vel Marchio aut Archiepiscopus Comes aut Vicecomes nulla prorsus Ecclesiastica Secularisve persona pred. Episcopum et Ecclesiam Vulterranam in omnibus suprad. infestare disvestire aut aliquovis modo audeat perturbare. Siquis autem quod absit contra hujus Imperialis Edicti statum venire temptaverit Imperiali Banno nostro et insuper pene *centum librarum* auri purissimi subiaceat *medietate una Camere nostre alia vero medietate Vulterrano Episcopo et Ecclesie sue suisque Suc-*

ces-

cessoribus persolvenda. quam etsi Episcopo liceat a transgressoribus exigere et eam que nos contingit medietatem nobis conservare. Et hec et alia omnia supradicta salva per omnia Imperiali justitia nostra presenti privilegio aureo Majestatis nostre Sigillo insignito confirmamus, et de omnibus plenam jurisdictionem ei et Ecclesie Vult. concedimus. Hec quoque concedimus firmiterque statuimus ut seped. *Paganus* Episcopus Carissimus fidelis noster et illustris Princeps Imperii tam in facienda justitia quam in pace manutenenda et fodro colligendo ceterisque que ab hujus et honorem nostrum spectant per totum Episcopatum et Comitatum Vulterr. vice nostra ordinet ac disponat. Preterea Castrum *Suione* cum pertinentiis suis Castrum *Insule* cum pertinentiis suis eidem Episcopo et Ecclesie sue confirmamus et suis Successoribus. Sancimus etiam ut si quod scriptum est contra Episcopatum vel Comitat. Vulterrane Ecclesie in pred. sive indultum vel aliquo fortassis imposterum fuerit impetratum cassum et inutile habeatur. Hujus rei testes sunt. &c. Dat. &c. 1224. *Arch. Vescovile*.

NUM. XVIII.

IN nomine Domini Amen. Ex hoc publico pateat Instrumento quod *Paganus* Episcopus Vulterranus constitutus in presentia Domini Gherardi Comitis de Auster. pro Imperio in Italia Legato ad inquisitionem ejusdem Comitis qui petebat a dicto Episcopo vice et nomine Episcopatus pred. ut eidem solveret et daret censum Imperiali Curie debitum occasione infrascriptorum Castrorum et Terrarum que ab Imperiali Curia Episcopatus et Episcopus pred. tenebat in feudum vel ipsa Castra eidem Comiti pro Imperiali Curia resignaret et redderet, videlicet Castrum de *Gambasso* et Curiam, Castrum *Pulicciani* et Curiam, Castrum *Ulignani* et Curiam, Castrum *Casulis* et Curiam, Castrum *Montis castelli* et Curiam, Castrum *Montis cerboli* et Curiam

Castrum *Ripomarancie* et Curiam et alia Castra, que Episcopus memoratus ab Imperiali Curia retinebat. Ipse vero Episcopus inspecta utilitate ipsius Episcopatus tam *ratione conservande libertatis* Episcopatui memorato quam etiam *ratione utilitatis* cum Census quem dictus debebat annuatim Imperiali Curie occasione memoratorum Castrorum et Terrarum excederet summam fructuum et reddituum ex eis provenientem, resignavit et restituit memorata Castra et Terras et res eidem Comiti Gherardo pro Imperiali Curia recipienti resignavit et restituit, constituendo interim eum ut pro Imperiali Curia memorata tenore presentis resignationis in eorum possessionem intraret, dando ei licentiam intrandi in eis quandocumque sibi placuerit. Insuper obligans se suosque Successores vice et nomine Episcopatus pred. et omnia bona Episcopatus ipsius eidem Comiti pro Imperiali Curia requirenti et fecit finem et refutationem et pactum de non petendo ulterius de omni jure, et actione, ratione, quam in dd. Castris memoratus Episcopus habebat occasione concessionis sibi vel suis Antecessoribus vel Episcopatui memorato facte ab Imperiali Curia vel ab alia persona vel loco. Et de omni eo quod in dd. Castris vel Locis et Terris posset Episcopus vel sui Successores vel pred. Episcopatus dicere vel requirere aliquo modo vel jure promittens contra factum non venire nec facere per se suosque successores ad penam duo millia marcarum argenti. Quam penam idem Dominus Episcopus vice et nomine Episcopatus pred. et se suosque successores obligans eidem Comiti pro Imperiali Curia recipienti solvere et dare promisit, si contra fecerit et omnia predicta et singula non servaret vel contra factum esset vel fieret. Et omnia damna et expensas restituere et pena soluta vel non, Contractus firmus persistet. pro quibus omnibus confessus est idem Episcopus recepisse a d. Comite pro Imperiali Curia faciente, finem et refutationem de omni censu et reddi-

tu

tu, quam occasione memoratorum Castrorum memoratus Episcopus vel Episcopatus Imperiali Curia dari tenebatur. Et in pred. omnibus renuntiavit Episcopus exceptioni doli, et in factum et ex injusta causa et sine causa, et non recepte finis, et omni privilegio et omni legum et juris auxilio, et clericali seu Ecclesiastico beneficio et juribus et legibusque prohibent rem et penam simul exigi. Et omnia suprad. et singula d. Dominus Episcopus positis coram eo Sacrosanctis Evangeliis loco juramenti, confessus fuit se facere ad ipsius Episcopatus utilitatem. Actum in Cassero Sancti Miniatis in Ecclesia B. Michaelis presentibus Domino Ruberto Judice de Carga de Luca, Ruberto Nuntio Curie, Ildebrandino Foresti, Frederigo di Pisia, Bernardo Lucheff. Ann. Dom. Incarnat. 1232. Ind. IX. 8. id. Novemb. Datisalvi Notar.

Archiv. Vescovile.

NUM. LXXVII.

RODulfus Imperialis Aule Cancellarius et Serenissimi Domini R. Romanorum Regis semper Augusti in Tuscia Vicar. Generalis. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus amicis suis salutem et sincere dilectionis affectum. Etsi munificentie Imperialis gratia singulis exhibeamus libenter quos fedeles ab operum experimento cognoscimus quadam tamen prerogativa sollicite cogitationis inducimur et assidua meditatione pensamus qualiter personis Ecclesiasticis gratiosius et liberius liberalitatis dextram extendamus. Ea propter per presens vobis privilegium volumus esse notum quod nos attendentes fidem puram devotionem sinceram et grata servitia que Ven. Pater Dominus *Rainerius* Vult. Episcopus devotus et fidelis *Princeps* Imperii exhibuit hactenus et exhibet incessanter ac exhibere poterit in futurum ad honorem et profectum ejusdem Domini Regis et Imperii ampliandos, volentes quoque ipsum Episcopum pro-

propterea benignius amplecti gratia et favore recepto ab eodem Episcopo fidelitatis debite corporeo juramento prout tenor ipsius juramenti in actis nostre Curie seriosius explicatur. auctoritate a d. Domino nostro Rege nobis commissa qua fungimur in hac parte omnia jura jurisditiones et regalia que habet tenet et possidet ipse vel alia persona pro eo seu Predecessores sui habuerunt tenuerunt et hactenus possederunt in feudum olim a Divis Augustis que tam ab ipso vel Predecessoribus suis alienata non essent in Civit. Vulterrana ejusque districtu Castris Burgis Villis et Locis aliis quibuscumque nec non Universitatibus Collegiis Personis Possessionibus Honoribus Usibus Patronatibus Ecclesiarum Terris cultis, et incultis montibus Planis Vallibus Pascuis Aquis Aquarumque decursibus Piscariis Molendinis Silvis Venationibus Justitiis Pedagiis et rationibus singulis ubicumque et in quibuscumque consistant eidem Episcopo vice et nomine Vulterrane Ecclesie in perpetuum de speciali gratia et ex certa scientia nostra damus concedimus et etiam confirmamus honore et jurisditionem .... in omnibus et per omnia semper salvis investientes eumdem Episcopum solepniter per librum scripture jure honorifici et recti feudi de omnibus et singulis supradictis. Ita quod ipse Episcopus ea omnia habeat possideat teneat pacifice et quiete sine contradictione Domini Regis et Imperii pred. et alicujus persone parve vel magne Ecclesiastice vel Secularis Comunis Collegii Universitatis vel alterius cujuscumque. Si quis autem pred vel aliquod predictorum violare infringere aut contradicere presumpserit preter indignationem ejusdem Domini Regis et nostram quam eum incurrere volumus penam mille marcarum boni argenti componat, cujus pene medietas Fisco alia vero eidem Episcopo applicetur. In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem presens privilegium publicari manu Petri Notarii Nostri juximus et pendentis nostri Sigilli munimine

ne roborari. *Dat. in Arce S. Miniati* presentibus Nobilibus viris Domino Anselmo et Domino Guelfo fratribus Comitibus de Capraja Domino Alexandro Comite de Romena Domino Hugolino de Seno de Ubaldinis Domino Petro Furlana de Bononia tunc Potestate Sancti Miniatis Domino Sinibaldoque Domini Rainaldi de Pulcis Domino Malpilio Domini Henrici de S. Miniato testibus ad predicta sub Anno Dominice Incarnationis MCCLXXXII. Ind. X. Mens. Octobris die primo Regni vero ejusd. Domini Nostri Regis Anno VIII.
Ego Petrus de Casaronibus de Roma Apostolice Sedis auct. Not. qui predictis interfui omnibus et singulis ideo de mandato d. Domini Cancellarii pred. scripsi et publicavi rogatus et meum consuetum signum apposui. &c.

Arch. Vescovile.

NUM. XXVI.

A*Lexander* Episcopus Servus Serv. Dei Venerabili Fratri *Ugoni* Vulterrano Episcopo ejusque Successoribus canonice substituendis. Cum omnibus Ecclesiis et personis Ecclesiasticis debitores ex Apostolice Sedis auctoritate ac benevolentia existere debeamus, illis tamen personis que B. Petro et S. Romane Eccles. specialius adherere noscuntur propensiori nos convenit affectiori studio providere, et Ecclesiis sibi a Deo commissis suam justitiam conservare. Ea propter Vener. in Xpto Ugo Frater Episcope tuis justis postulationibus clementer annuimus et Predecessoris nostri felicis mem. Innocentii Papi vestigiis inherentes prefatam Ecclesiam in qua auctore Deo preesse dignosceris sub B. Petri et nostra Protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuimus enim ut quascumque possessiones quecumque bona in monasteriis Ecclesiis Castris Villis Silvis vineis terris cultis et incultis domibus seu aliis rebus eadem Vulterrana Ecclesia in presentiar. juste et legitime possidet firma tibi tuisque Successoribus et il-

libata

libata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Cenobium scilicet S. Justi Monasterium de Cerreto cum Ecclesia S. Mariani Mucchium Spongiam Concum Serenam Masium Sarium Ecclesiam S. Dalmatii Ecclesiam S. Marie de Monte Scudario Corniam Morronam Monasterium S. Cassiani in Carisiò Plebem S. Geminiani et Capellam S. Stefani Plebem de Nera Plebem Montis Vultrarii Plebem S. Ipoliti Plebem de Castello Scode Pernine Plebem S. Justi Plebem de Molli de Monte de Tocle de multiciano de Lugriano de Cluslino Plebem S. Pauli de Lama deyto de Sorsciano Ecclesiam Montis Scalocchi de Monte Donico de Casula de Publico de Morba de Comessa de Lustignano de Micciano de Silano de Querceto de Caselle de Yslaito de Casale de Casale justuli de Paratino de Casallia de Strido de Paterno de Rivo alto Capellam de Rocca Plebem de Pava de Urciatico de Sabreto de Fabrica de Peccioli de Pino de Villamagna de Rignano de Tojano de Cojano de S. Reglo de Clanne Ecclesiam S. Victoris Plebem de Pisignano et de Colle. Quas nimirum Plebes cum Cappelis et rebus ad ipsas pertinentibus quemadmodum Vulterrane Ecclesie juris esse noscuntur: tibi tuisque Successoribus confirmamus. Nihilominus confirmamus vobis Civitatem Vulterranam cum pertinentiis suis. Montem Vultrarium S. Gemignanum Ulignanum Puliccianum Catignanum Gambassum Collemuscoli Montem acutum cum Capella intus posita Casulam Montianum Montalcinum Frosinam Cluslinum Monterium Fosinam Saxum Montemcerbuli et quidquid juste possidetis in locis inferius positis videlicet Gerfalco Travali Staggia Castiglione Monte Castelli Liccia Silano Rignanum Villam Serrazzano Libbiano Micciano Bibone Casalliam Gellum Gabretum Lanera Lemale. *Termini* autem ipsius *Episcopatus* his finibus distinguntur. ab *Elsa usque ad mare et a termino qui est juxta Sitichium et ab alio qui est prope Sufficillum et ab illo qui est prope*

pe Tocchi et ... sicut erat usque ad S. Cascianum in Causi. Quecumque preterea bona eadem Ecclesia in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci vobis integra manere decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura Salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit par Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

In circulo Domine demonstra mihi vias tuas. Sanctus Petrus Sanctus Paulus. Alexander Papa III.

Ego *Alexander* Catholice Ecclesie Episcopus ss.

sequunt. nomina XII. S. Romanae Ecclesie Cardinalium

Dat. Laterani per manum Alberti S. Romanae Ecclesiae Presbiteri Cardinalis et Cancellarii VIIII. Kal. Maj. Ind. XII. Incarnat. Dominice anno 1179. Pontificatus vero Domini Alexandri Pap. III. anno XX.

in Plumbo S. Paulus. S. Petrus. Alexander Papa III.

Arch. Capitolare

NUM. X.

IN nomine Christi filii Dei Altissimi Dei. Decretum securitatis sive firmitatis pro futuris temporibus in memoria retinendis. Sit notum omnibus S. Dei Ecclesiae fidelibus tam presentibus quam et absentibus qualiter Dominus *Gunfredus* Ven. S. Vulterrensis Ecclesie Episcopus presentia Presbiterorum Diaconorum seu inferioris Ordinis Clericorum quorum nomina propriis manibus Subptus adscripta videntur Ecclesias SS. Justi atque Clementis prope Urbem ipsius constructas ubi Sancti Confessores humati fuisse noscuntur pro maiori veneratione Ipsorum Monasterium instituens per ferulam sui Presulatus indicatricem et per hanc decreti paginam omnium que ipsis Sanctis Ecclesiis pristinis temporibus in terris et decimis pertinebat iisdem concessit in duas cortes quarum una cognominatum *Majano* cum Cappella ibi in honorem S. Quirici edificata suisque pertinentiis sive cum prediis et vineis dominicalibus et cum angariis hominum ibi habitantium, altera vocatur *Fasciani* cum omnibus mansis casis vineis campis pratis pascuis Silvis montibus vallibus planitiebus et omnibus que dici vel nominari possunt ad ipsam cortem Fasciani pertinentibus vel aspicientibus preterea unum mansum in loco qui dicitur *Salsuli* cum suis pertinentiis et alterum ubi dicitur *Ducia* cum famulis Joanniculo et Donnuculo ad stipendiis Abbatis Raimberti et Monacorum qui ibidem pro tempore fuerint et ad servitium tradidit donavit atque concessit Prato Martio cum Casis et Casinis et omnia que supra se et infra se habentes sicut nunc et signa et termini positi sunt in loco qui vocatur *Castello Albuini* donavit et concessit *Masa de Collina* que recta est per Andrea Presbitero et *Masa de Collezani* que recta est per Angelo Massario *Domnicato de Campo longo* et alio *Domnicato de rivo Tinto ad Sorbi* Masa due que recte sunt per Andrea filio Righi et suorum Consortes a *Raone* Masa due que recte sunt per Cunizo filio Bertaldi

taldi Masa de *Colle lelloli* que recta est per Dominico Presbitero in *Riedoli* Masa que recta est per Bonizio et Ebicione germanis alia que recta fuit per Cicio filio Valpizi quin insuper iaiunximus terras et manses quas de Ugone Comite Teudici Comite filius viginti libras argenti comparavimus quatenus Abbas Raimberti Cenobii et Monachi omnes res superius nominatas sine ulla sua suorumque Successorum contraditione diminutione vel molestatione et si quid ad hoc superaddere ex Christi largitione poterit in integrum habeant et teneant atque possideant et utantur. Statutum est etiam ab eodem Pontifice ex divina auctoritate ut quando quicumque ullo in tempore inflammatus cupiditate diabolo suadente hoc decretum infringere mutare aut violare presumserit sit anathema maranatha idest maledictus in adventu Christi partemque habeat cum Juda traditore atque cum Dathan et Abiron in tartara dein cogatur. Pro majori autem securitate et ut magis ab omnibus observetur supradictus Presul hoc decretum propriis manibus firmans plures sue Ecclesie diversi Ordinis Clericos roborare precepit Actum Anno Domini Incarnationis MXXX Episcopatus illius XVIII.

Gunfredus Episcopus in ainc Cartula ordinacionis a me facta ss.

Ego Rodulfo Archidiacono consensi manus mea ss.

Ego Johannes Archipresbiter consensi et manus mea ss.

Ego Vinderi Sacerdos consensi manus mea ss.

Ego Wido Sacerdos consensi manus mea ss.

Ego Berardo Presbitero consensi et man. mea ss.

Ego Almarius Sacerdos consensi et manus mea ss.

Ego Andreas Presbiter consensi et manus mea ss.

Ego Teuzo Presbitero consensi ac manus meas s.

Ego Berizo Presbitero consensi ac manus meas s.

Ego Petrus Presbiter ac Canonicus consensi et manu mea ss.

Ego Lambertus Cantor et Custos consensi et manus meas ss.

Ego Albaltus Diaconus consensi et manus mea ss.
Ego Ildebrando Primicerio consensi et manus mea ss.
Ego Erizo Diaconus cons. et manu mea ss.

C *Herimannus* Dei gratia Episcopus ss.

C Ego *Rogerius* Episcopus ss.

Arch. della Badìa di Volterra.

NUM. XIIX.

IN nomine Sancte et Individue Trinitatis. Dum divinis cultibus vigilanter intenditur Celestis Regni desiderium menti perennis Regis gloriam querenti ardentius propagatur unde fit ut licet in Seculo ex necessitate videatur manere quicumque hujusmodi est mente tamen celestibus propinquans contemplationis motibus labentia cuncta supergreditur, et secundum Paulum Apostolum dissolvi cupit et esse cum Christo multo melius Quod Nobis qui Pastoris nomine apud homines censemur imitandum est et sic ea que exteriora sunt inoffenso pede agere oportet quatenus mansuris eternis bonis animo semper intenti ad illam hereditatem pervenire mereamur. Quandoque coronandi unde in Psalmo canitur cum dederit inquit dilectis suis Somnum hec est hereditas Domini. Quia electi cum labuntur in mortem carnis tum celestem sortiuntur hereditatem. Hanc itaque gloriose hereditatis sententiam *ego Guido* Sancte Volaterrensis Ecclesie Episcopus quemlibet immeritus mente sedula revolvens meique Presulatus ordinem magni ponderis mole honustum perpendens ut illam celestis Regni hereditatem Divino amminiculante presidio adipisci valeam bonorum profectibus operum pro vicibus incumbens ad reparandos Ecclesiarum mihi commissarum honores mentis mee intentionem studio religiosi operis toto conamine direxi. Cum que multis insisterem operibus et secularibus curis pressus devotionis mentem pro his operibus ad votum explere non possem tandem divino succensus desiderio a Sanctorum Confessorum Monaste-

nasterium JUSTI videlicet et CLEMENTIS prope predicta Urbe constructum ordinationis novitate adhuc egenum mentis intuitu reduxi. Hic namque locus predictorum Confessorum patrocinio luculentius tanto est salvandis animabus hamabilior quanto et a Seculari tumultu remotior et Sanctorum ibi quiescientium extat Religionis honore corussus. Quamvis enim precipuorum veneratione Confessorum locus fuisset eximius usque tamen ad nostri Predecessoris felicis memorie Gunfredi tempora incultus jacuit et inordinatus permansit. Prelibatus igitur Antistes Monasterium ibi fieri decrevit adhibitis in eodem loco fratribus et Venerabili Abbate constituto qui usque ad nostra tempora Domino donante perdurat vite necessaria in quantum valuit studiose ministrare curavit; qui quousque vixit presidiis aliisque muneribus novi Monasterii paupertatem fovit: et cum queque fuerant necessaria mortis meta interveniente explere non valuit mihi qui Successionis Cathedram in prefata Ecclesia tenere videor Sacri loci reparationem atque augmentum credo relictum fuisse a Domino. Non enim diffido me participem fore tanto remunerationis si adiutorium impendere satago tam sacre venerandeque Ordinationi. Ergo in primis omnia quecumque predicti Sacri loci antiquitus fueruut sive etiam quecumque Gunfredus felicis memorie Episcopus eidem prelibato Monasterio concessit. Ego *Guido* Episcopus confirmo nulla necessitate constrictus ne alicujus muneris promissione vel donatione infectus, sed corde perfecto et animo volente pro Dei amore speque remunerationis future, nec non et pro animabus Antecessorum seu etiam Successorum meorum Episcoporum videlicet istius Volaterrensis Episcopi nec non etiam pro anima *Benedicti* Summi Pontificis et Universalis Pape. atque pro salute anime Chunradi Serenissimi Imperatoris Augusti memorie Senioris mei nec non pro salute Heinrici gloriosissimi Regis filii ejus atque pro remedio animarum Ducum seu Mar-

Marchionum Thuscie. nec non et pro animabus omnium illorum qui de rebus suis prelibato Monasterio aliquod Beneficium fecerunt vel facturis concedo confirmo atque in perpetuum jungere exopto; eo videlicet ordine ut si forsitan quod absit aut ego aut aliquis ex meis Successoribus, vel aliqua persona Ecclesiastica sive secularis quacumque occasione tollere voluerit aut imminuere aliquid ex his rebus que prefate Ecclesie fuerunt vel que jam nominatus Antistes inibi contulit vel que ego Domino juvante per hanc confirmationis et donationis cartem dare modo videor vel daturus sum cum Juda traditore in infernum partem habeant et sint anathema maranatha. Concedo igitur prefato Monasterio SS. Confessorum Justi et Clementis quod situm est infra Plebem S. Johannis Civitatis videlicet Volaterrensis cum auctoritate et consensu Sacerdotum et Levitarum nec non totius Cleri Nostri Episcopatus concessit insuper datas Cortes quarum una cognominabatur majano cum Cappella ibi in onore S. Quirici edificata simul cum Cortilla sive cum prediis ac vineis et.... libus et masseritiis et cum angariis et omnia que infra se habentes sicut est de fossato in fossato. Altera vocata fasano cum omnibus terris et vineis que dicit vel nominare possit ad ipsam curtem Fasano et alterum Mansum alla Ripa prope Ecclesiam S. Justi que recta fuit per Romano Massario et alium Mansum que recta fuit per Petrum filio Lupaldi et alium Mansum a Querce que directa fuit pro Oddo Massario. Uno Manso in locum qui dicitur Salsola et alterum ubi dicitur Ducia cum famulis Isanniculo et Domnuculo a stipendiis Abbatis Ramberto et Monachorum qui ibidem pro tempore fuerit et a servitium tradidit donavit atque concessit pratum martium cum casis et omnique infra se habentes sicut mura et tigna et terminata et Castella Alboini vocatus donavit et concessit Mansum de Tulina que recta est pro Andrea Presbitero et Mansum de Collezani que recta fuit pro

An-

Angiolo Massario et in Sorbi quinque Maise et due in Rioddoli quos de Ugone Comite filius Teudici viginti libras argenti comparavimus et una medietate de Ecclesia S. Martini a Sorbi cum rebus omnibus pertinentibus: et ego concedo et alie due Ecclesie medietatem de una Ecclesia cui vocabulum est S. Michaelis Arcangeli que est posita in Curbano simul cum terris et vineis que fuit Astolfi filio Johannis medietatem de primo Manso que recta fuit pro filii Balducci secunda pro filii Corbani tertio que recta fuit pro Thenzo Basadonna quarta que recta fuit pro Omicio et Speindo, quinta in loco ubi dicitur Monte tertio que recta fuit pro Stephano Massario. Est alia integra Ecclesia in Geminiano cui vocabulum est Sancti Fridiani simul cum Curte et terris et vineis ad istam curtem pertinentibus donicatis qui fuit Astulphi filii Joannis et Gorizi, et Zacio et Alberti Germani filii Benni et uno Manso que recta est pro Petro Burio et suis Consortes et alia Vinea Alcunde Vinea et terra que detinet Bonamo et Segronitto filio legi Judici et in Cornacaio et a fonte Brocculi et uno Manso alla Cullina prope Ribatta, et alieque recte fuerunt pro Bonizo de Ribatta et unum Mansum quod detinet Pagani filio Oddi et unum Mansum que recta fuit pro Guinizzo filio Punzi et in Casale Mansum unum. De Voliano que recta fuit per Bruculo Massario et alio Mansum que recta est per Presbiter Cunizzo vel suis Consortibus alium Mansum que recta fuit per Bacculo Massario et alia que recta fuit per Petro Massario et alia que recta fuit per Sprinco. Terris et vineis et donnicatis que fuit Astolfi et de parentibus suis ex parte S. Marie infra Curte de Geminiano. Ego *Guido* Episcopus concessit et donavit Sanctorum Justi et Clementis. Hoc ergo parvum munus Sanctissimi Confessores Vobis pronta mente per temporis opportunitate in presentiarum offero quatenus vestro fultus amminiculo que parvam contulit magna offerre prevaleam: et quoniam scio quosdam

dam vel modo inimico diaboli spiritu plenos contra hujus nostre ordinationis parvitatem caninam rabie baccaturos quicumque ille est qui prefatum Monasterium in rebus quas modo habet vel ego aut fideles viri seu mulieres daturi sunt inquietare aut molestare vel imminuere presumpserit quem admodum promisimus cum Juda Christi proditore in eterna dapnatione maneat. Et omnes maleditiones que in Sacris Codicibus continentur super eos veniant et sint anathema maranatha et insuper subnoxii Camere Imperatoris auri libras centum. Hanc autem nostre ordinationis cartam Donno Ragimberto ejusdem monasterium primo Abbati tradere disposui ipse suo studio et diligentia Sanctum locum gubernet atque eregat fratresque ibi congregatos et congregandos regularibus disciplinis erudiat et si quis forte rebellis aut contumax hujus nostri scripti contemptor aut violatum exciterit apud Reges vel apud reliquas Potestates prout melius Dominus donaverit cum his scripto Sanctum locum defendat et protegat. Simili quoque modo sui successores in perpetuum agant et vigeant. Quod ut vigeat in perpetuum manus proprie denotatione inferius denotavimus. Post aliquantum vero temporis qui condonante Deo Omnipotentis Clementiam in Plebe de Scode in Villa scilicet Listinne conquisivimus eadem auctoritate donando largimur: hoc est medietatem Cortis cum Mansis et donnicatis et Casis arboribus cultis sive incultis Pratis vineis seu omnibus pertinentibus atque cum omnium medietateque Albertus Noster Castellanus de Casule jussus est habere et possidere remota omni intentione jubemus ut sepe dictum monasterium predictam partem de Curte habeat ut secure possideat quatenus nullus hominum exinde molestare presumat. Hi ad hec vero concedimus beneficium quod idem Albertus jussus est habere in Plebe de Casula idest Mansum unum retentum per eumdem Albertum et Magizone in Villa de Busano et petia una de terra et vinea

nea prope fluvium de Garamasso. Post hec concedimus decimas scilicet in Valle lunga in Floridi et in Ripalbella et in Certalla et ubicumque infra nostro Episcopatu habetis concedimus et firmamus insuper consilio fratrum jungimus tota corpora mortuorum de hominibus habitantibus in Valle Guinitincha et de illis que sunt et que erunt a Porta Prato Martii usque ad Botrum de Cojano et ad Botu de Somina usque ad Rivum de Arco. — 1039.

Ego *Guido* S. Volaterrensis Ecclesie Episcopus quamlibet inc meritus in hanc ordinationis cartam a me libenter factum ss.

Ego Joannes Archipresbiter ss.

Ego Alamarius Presbiter ss.

Ego Teuzo Presbiter ss.

Ego Petrus Presbiter ss.

Ego Lambertus Cantor et Custos ss.

Ego Viaderius Presbiter ss.

Ego Benedictus ss.

Herimannus Dei Gratia Episcopus ss. — Ego *Petrus* Dei gratia Episcopus ss.

Ego *Rogerius* Episcopus ss. — Ego *Crescentius* Episc. ss.

Ego *Odalmarius* Dei gratia Episcopus ss.

Arch. della Badìa di V.

NUM. XIX.

IN nomine Domini Jesu Christi Dei eterni anni ab incarnationis ejus millesimo sexagesimo primo sexto decimo kal. genuari Indict. XV. Ideo quem ego in Dei nomine *Guido* S. Volaterr. Ecclesie Episcopus quamlibet immeritus mente sedula revolvens meique presulatus ordine magni ponderis mole onustum perpendens ut illam celestis regni ereditatem divino aminiculante presidio adipisci valeam. bonorum profectibus operum pro viribus incumbens ad reparandos Ecclesiarum mihi comisarum onores mentis mee intentione. mstudio religiosi operis

ris toto conamine direxsi. cumque multis insisterem operibus et secularibus curis pressus devotionem mentis probis operibus ad votum explere non possem tandem divino succensus desiderio. ad beate Dei genitricis et perpetue Virginis Marie et S. Sepulcri monasterium prope fluvium elsa constructum in loco qui dicitur *fonte pintiaria* ic namque locus per dicte Dei genitricis et perpetue Virginis Sacrique Sepulcri patrocinio luculentus. tanto est salvandis animabus amabilior quanto et a seculari tumultu remotior. quamvis enim ob venerationem Dei genitricis Marie ac S. Sepulcri unc locus ille sit eximius. usque tamen ad nostrorum donatorum *adelmi* et ejus uxoris *gisle* tempora incultus jacuit et inordinatus permansit. prelibati igitur adelmus et gisla monasterium ibi fieri decreverunt. adibitis in eodem loco fratribus et venerabili Abbate constituto qui usque ad nostra tempora Domino donante perdurat. vita necessaria in quantum valuit studii somministrare curaverunt qui quousque vixerunt prediis aliisque muneribus novi Monasterii paupertatem foverunt. que predicta quamvis in cartulis monasterii scripta sint dilienter ut decet per manus notarii pleniter adnotata. tamen nobis congruum videtur. ic saltim nomina locorum illorum prediorum breviter rescribere. nam dederunt integram curtem de *Marcignano* et medietatem Ecclesie S. *Cassiani* et medietatem burigi illius suprascripti S. Cassiani cum ortis suis et mansum unum in loco qui dicitur *culum* a *uundi* et alium mansum in loco qui dicitur *artiguono* et alium mansum a *cignano* et quicquid de illorum proprietatis jure invenitur in *fonte alboli* sive in *frasineta*. et octavam parte Ecclesiae S. Michaelis in loco qui vocatur *Mansionatico*. et duo Mansas in predicto loco mansionatico unos ex is sicut rectum fuit per amalbertum presbiterum et alterum per johannem masarium et nunc regitur per ejus eredes. et alia plura qua propter conpendium ic scribere nequivi. set in cariulis monasterii pleniter

niter cum designatis locis adnotata reperiuntur, et cum quecumque fuerant necessaria mortis meta interveniente explere non valuerunt mihique successionis locum in prefata Ecclesia tenere videor ad sacri loci reparatione atque augumentum. credo relictum fuisse a Domino non enim diffido me participem fore tante remunerationis si ajutorio inpendere satago tam sacre venerandeque ordinationi ergo in primis omnia quecumque predicti sacri locis antiquus prelibati nostri ecclesie nostrique donatores dederunt sive etiam quecumque aliquis vir aut femina eidem prelibato monasterio contulerunt aut de modo in antea dare voluerit a suprascripto monasterio. Ego quidem Episcopus nulla necessitatem constrictus. nec alicujus muneris promissione vel donatione infectus. sed corde perfecto. et animo volante. pro Dei amore speque remunerationis future. et pro remedio anime mee. nec non et pro animabus successorum seu etiam antecessorum meorum episcoporum videlicet istius volaterensis episcopii. adque pro animabus illorum adolmi videlicet et gisle qui constructores fuerunt suprascripto monasterio. nec non et pro animabus omnium illorum qui de suis rebus prelibato monasterio aliquod beneficium fecerunt vel et facturi sunt. concedo. confirmo atque in perpetuum vigere exopto. eo videlicet ordine ut si forsitan quod absit aut ego aut aliquis ex meis successoribus vel aliqua persona ecclesiastica sive secularis quacumque occasione tollere voluerit aut imminuere aliquid ex is rebus que prefate ecclesie jam nominati constructores inibi contulerunt vel qui ego Domino juvante per anc confirmationis cartam dare modo videor. vel daturus sum cum juda traditore in inferno parte abeant et sint anathema maranatha concedo igitur prefato monasterio cum octoritate et consensu sacerdotum et levitarum nec non totius nostri Cleri episcopatus modo pro tempore primitias decimas offertiones adque mortuorum judicia et omnes que ex meo episcopatu ad monachi-

cum abitu sive ad conversione. vel ad seppelliendum venire veuire voluerint licentiam abeant exscepti is qui sunt de decreto plebis Sante Marie in *cellule* et insuper concedo volo adque jubeo et confirmo ut omnes parochiani Ecclesie S. Johannis de castello de *pulvciano* in prefati monasterio cimiterio sepeliantur oc ego parvum munus beata dei genitris virgo maria tibi prona mente pro temporis oportunitate in presentiarum offero quatenus tuo fultus aminiculo qui parva contuli magna offerre preveleam. et qum scio quosdam vel modo in fucturo diaboli spiritu pleno contra huius nostre ordinationis parvitatem canina rabie bachaturos. quicumque ille est qui prefatum monasterium in rebus quas modo abet vel ego aut fideles viri seu mulieres daturi sunt inquietare aut molestare vel iminuere presumserint quemadmodo premisimus cum Juda Christi proditore in eterna dannatione mane ad et omnes maledictiones que in sacris codicibus continentur super eos veniant et sint anathema maranatha. tunc spondeo ego qui supra *guido* Episcopus cum posterisque successoribus meis componere tibi qui supra albertus abbas una cum posterisque successoribus tuis et a pars suprascripto monasterio penam numerum argentum libras centum quia in tali ordine anc cartula ordinationis uberto notario sacri palatio scribere rogavi actum Loco intus clostra S. marie... ble de Clanni et territurio volaterense.

Ego *Wido* dei gratia episcopus ss.

Signum manum rainerii filio b. m. rolandi rogatus bb.

Signum manum guiberti filio b. m. eti rogatus bb.

Signum manum Stanzo filio b. m. Petrus rogatus bb.

Signum manum bovini filio b. m. roizii rogatus bb.

Uberto Notarius Sacri palatii postradita complevi et dedi.

Arch. Vescovile.

NUM.

Digitized by Google

NUM. XX.

IN nomine Xpti filii Dei Altissimi. Decretum securitatis sive firmitatis pro futuris temporibus memoria retinendis. Sit notum omnibus Sancte Dei Ecclesie fidelibus tam presentibus quam et absentibus qualiter Donnus *Petrus* Venerabilis S. Volaterrensis Ecclesie Episcopus presentia Presbiterorum Diaconorum seu inferioris Ordinis Clericorum quorum nomina propriis manibus subter ascripta videntur Ecclesia SS. Justi adque Clementis prope Urbem ipsius coustructas ubi SS. Confessores ipsi humati fuisse noscuntur et majori veneratione ipsorum monasteriorum instituens per ferulam sui Presulatus indicatricem et per hanc Decreti paginam omnia que ipsis Ecclesiis pristinis temporibus decimatione de Curte de Castello de Castalione qui jam fuit Uberti q. Belli pro benefitio ex parte S. Marie Ecclesie Volterrense medietate de una sorte que est posita a Sestria prope Ecclesia S. Apriani que recta est per Stefanum filio Gerardi et alia ibique recta est per Fili Carboni donavit adque concessit quatenus Abbas illius Cenobii et monachi omnes res superius nominatas sine ulla sua suorumque successorum contraditione diminutione vel molestatione et si quid aduc superaderet ex Xpti laritione poterit in integrum habeant teneant adque possideant et utantur Statum est et jam ab eodem Pontifice divina auctoritate ut quicumque ullo tempore inflamatus cupiditate diabolo suadente hoc decretum infringere mutare aut violare presumserit sit anathema maranatha idem maledictus in adventu Xpti partemque habeat cum juda traditore adque cum Datan et Abiron in tartara demergatur. pro majori autem securitate et ut magis ab omnibus observetur supradictus Presul hoc decretum propriis manibus firmans plures sue Ecclesie diversi Ordinis clericos roborare precepit sorte una alla *Querca* prope Montem Catini quadtuor petiis de terra in *Collina* prima petia de terra est posita in loco ubi dici-

Digitized by Google

dicitur *prope al Poggio Carboni* secunda prope *asprunalbo* que jam fuit Gerardi filio Bosi ex parte S. Marie Ecclesie Voloterrense tertia al *Pagio* que jam fuit Dominici Presbiteri quarta a *Colle Baronci* prope fluvio de *Raone* que fuit Signoricti filio Curadi ex parte S. Marie millesimo nonagesimo nono . tertio kalend. Augusti indiz. quinta decima .

Petrus Dei gratia Episcopus SS. — *Hugo* dictus Archidiaconus ss.

Ego Gozzo Clericus et vicecustos ss. — Ego Vido Archipresbiter ss.

Ego *Rogerius* Episcopus ss. ✠ Ego *Crescentius* Episcop. ss. Ego *Aldimarus* Episcopus ss.

Arch. della Badìa di Volterra.

NUM. XXI.

IN nomine Sancte et Individue Trinitatis. Cum ab antiquis Patribus Episcopis sit concessum locum Apostolorum tenentibus Ecclesiarum bona rationabiliter disponere. Ego *Rogerius* quamvis indignus Sancte Vulterrensis Ecclesie sim humilis Episcopus fraterne Karitatis igne accensus quamdam amplam spatiosamque fratribus et Canonicis meis habilem terram pro anime mee remedio. ac decessorum meorum. trado et concedo in perpetuum. quem ego ipse ad partem et ejus nostre Ecclesie acquisivi a Berardino atque a Truffo filio et nepote bone memorie Uberti quondam Vicedomini. Est autem ipsa terra in Curte et Villa nostra de *Calazzano*. que per capita et latera sic terminatur et designatur. ab uno capite a mane terminat eam *fluvius hera* via publica que ab Urbe descendit usque ad amnem *Strolle*. a meridie suprascripta via publica. a sero terminat eam supercilium *Ripe*... ab eadem via publica usque ad suprascriptum fluvium *Strolle*. Hanc vero terram et vineam infra hos terminos conclusam. trado et concedo in perpetuum pred. fratribus eorumque successoribus ad partem

partem Canonice Sancte Marie et S. Octaviani excepto illam quam modo detinent homines de Monte *Vultrajo*. ut habeant et teneant in integrum cum omnibus super se et infra se habentibus absque mea vel successorum meorum aliqua contradictione vel alicujus a nobis summisse persone; Et si ego aut aliquis meorum Successorum. aut aliqua persona presuntuoso ac nequissimo spiritu quod fieri minime credo. hoc meum datum. dilaniare. vel subvertere aliquo modo temptaverit. maledictionem Omnipotentis Dei. et Marie Virginis. et omnium Sanctorum. et Sanctarum incurrat. et cum Juda qui Xptum tradidit nec non cum Dathan et Abiron quos terra deglutivit nisi satisfecerit. penas inferni sustineat. Insuper in presenti Seculo qui hoc facere conatus fuerit. argenti optimi libras XL. coactus persolvat. medietatem Camere Regis. et medietatem prefatis Canonicis. Et hoc nostrum datum omni tempore in suo robore firmum maneat. ut predicti Canonici nec non et Successores illorum omnes quieto ordine in perpetuum habeant. teneant. atque possideant. absque ullius contradictione. quam coram Sacerdotibus. Diaconis. Subdiaconis. ac reliquis ordinibus Clericorum. et fidelium nostrorum scribi jussi. Actum in Civit. Volòterrensi ubi est Sedes mei Episcopatus. Hoc factum est Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Xti mil. c. xı. Indictione quinta xıı. Kal. Octubriu.

Ego *Rogerius* Episcopus ss. Ego Rusticus Archipresbiter interfui asensum prebui laudavi ssi. — Ego Presbiter Petrus ssi — Ego Paganus Presbiter et Primicerius confirmans subscripsi; Ego Crescentius Cantor et Canonicus laudo ssbo; Ego Bernardus Levita ssi. Ego Albertus Subdiaconus ssi.

Ego Guttardus iurisperitus interfui et ssi.

Arch. Capitolare.

NUM. XXIII.

IN nomine Sancte et Individue Trinitatis Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo centesimo trigesimo nono X. Kal. Februarii indictione secunda. Manifesti sumus nos *Ranerius* Comes qui Pannocchya vocor filius quondam Ugolini et subilia Jugalis filia quondam Fralmi interrogata ab Aldibrandino iudice et professa sum nullam ideo vim sustinere. sed voluntate propria communiter consensu predicti viri mei per hanc cartam vendimus et tradimus tibi Deo et Ecclesie Voluterensi S. Marie et S. Octabiani Victoris martiris in persona *Odimarii* Episcopi omnia nostra bona propria que nos habemus et tenemus vel aliquis per nos et que vobis aliquo modo legis pertinent ex omnibus terris et Castellis et Villis et burgis et Curiis que sunt posita infra circuitum qui hic adsignandus est et sicut est *Serra de Pignano et venit ad fluvium Fusci et flumen Fusoci sicut mittit in Cecina et sicut Cecina mittit in mare et revertitur ad pred. Serram de Pignano et vadit ad fluvium Else et sicut Elsa mittit in Arnum et sicut Arnum mittit in eodem mare nominatim in Castello aut Burgo seu Curia de Leguli et in Castello seu burgo vel Curia de Vignale et in Castello seu burgo vel Curia de Castelfalfi et in villa de Celle et de Cellure et in Gezano et in Lajatico;* que autem suprad. omnia nostra bona sic designata et determinata in prenominatos terminos aut terre fines cum onibus; rebus; seu arboribus que super se et infra se habent in te jam dictum Episcopum Successores tuos; in integrum *vendimus* et tradimus et concedimus ad abendum et tenendum regendum colendum frugendum faciendum exinde iure proprietatis quidquid volueritis vos Successoresque tuos: et hoc promittimus nos jam dicti jugales una cum nostris heredibus Ranerius Comes et Subilia tibi Deo Ecclesie Vulterensi in persona *Odimarii* Antistitis per scriptam vendictionem nostram ab omni homine defendere quod si eam ab o-

omnibus

Digitized by Google

mnibus hominib., non defensaverimus vel si nos ipsi prenuntiatas terras et vendictionem vobis tollere vel contendere vel subtraere quesierimus ingenio qualicumque tunc in duplum prescriptam vendictionem nostram, vobis restituamus tamen si nos exinde actores seu defensores querere seu dare volueritis et minime habere, poteritis tunc licentiam et facultatem habeatis absque nostra persona una cum carta ista in placito exire et, in rationem stare et finem ponere et modis omnib. causam vestram legaliter peragere quomodo melius poteritis quin taliter nobis placuit;

Quam vero hanc cartam vendictionis ut superius legitur Caritate notario scribere rogavimus; Acta sunt hec in Episcopatu Vulterrano in Castellò de Travale; *pretium vero a te recepimus Episcopo Odimario centum libras denariorum Lucensium.*

Signum manus supradictorum iugalium Ranerii Comitis et Subilie quî hanc cartam vendictionis scribi rogaverunt;

Signum manus testium Truffe filius quondam Curadelli; et Uolpellus de Massa filius quondam Petri; et Farolfus filius Ildibrandini; et Pecorarius filius Rainaldi; et Guiduccinus filius Guidi; et Tancreus de Picena filius quondam Fralmuli; et Kucerottus filius Griffuli; rogati sunt testes homnes hic;

Ego Aldibrandus judex a me interrogata subscripsi.

Ego Karitas notarius post traditam complevi et dedi.

In nomine S. et Individ. Trinitatis anno ab Incarnat. Domini Nostri Jesu Xpti millesimo centesimo tricesimo nono XIIII. kal. Februarii indict. secunda. Claret nos Ranerium Comitem filium quondam Ugolini et Subiliam jugalem filiam quondam Fralmi *accepts e a te Odimario* Episcopo Ecclesie Vulterensis *Launahut* (*a*) pro Libris centum denarior. Lucensium propterea per hoc scriptum promissionis et voluntate spontanea promittimus nos Ranerium et subiliam una cum nostris he-

S redi-

redibus nominatim de omnibus terris et Castellis et Villis et burgis et Curiis unde cartam venditionis in te fieri fecimus promittimus inquam omni tempore taciti et contenti exinde permanere et te Episcopum Odimarium successoresque tuos quiete et pacifice habere et possidere et cui vos pred. terras dederitis vel habere decreveritis; quod si omni tempore taciti et contenti exinde non permanserimus vel si aliquando apparuerit aliquod datum seu factum quod nos ex predictis terris in aliam partem factum habeamus vel si in antea facturi erimus et claruerit ad vestram lesionem per nos vel per personam a nobis supmissam et si predictam cartam et vendictionem vel promissionem firmam et ratam omni tempore non tenuerimus et observaverimus tunc componamus vobis penam duocentum librarum denariorum lucensium; et post solutam penam hoc scriptum et stipulationis et promissionis in sua permaneat firmitate et robore qum taliter nobis placuit; Quod vero hoc scriptum promissionis sicut superius legitur Caritate notario scribere rogavimus;

Acta sunt in Episcopatu Vulterano in Castello de Travale. Signum manus jugalium qui hoc scriptum scribi rogaverunt Ranerii et Subilie. Signum suprascriptorum testium Truffa fil. q. Curradelli; et Volpellus de Massa fil. q. Petri; et Farolfus fil. Ildibrandi; et Pecorarius fil. Rainaldi; et Guiduccinus fil. q. Guidi; et Tancrei de Picena q. Fralmi; rogati sunt bb. homnes hii.

Arch. Vescovile.

Ego Karitas Notarius post traditum complevi et dedi. (*a*).

(*a*) ***Launheilt***. idest donum aliquod donanti repensum intervenit.
***Murat. Antiq. Ital. Tom.* 5. *Edit. Arret. p.* 58.**

NUM. V.

GREGORIUS Episcopus Serv. Serv. Dei. Rodulpho Senensi Episcopo et Rainerio Florentino Episcopo salutem et Apostolicam Benedictionem.

Non ignorare Vos credimus quantum solicitudinis quantumque fatigationis habuerimus id agentes ut Volaterrana Ecclesia S. Dominum et auctoritatem Canonum utilis et idoneus eligeretur Episcopus et quia secundum voluntatem Dei in personam *Bonoisi* Mantuani Archipresbiteri et nostra consilia et voluntas eorum qui de illa Ecclesia sunt convenit, Apostolica vos auctoritate monemus ut eamdem Ecclesiam adeuntes qualiter generalis electio fiat ab omnibus procuretis et eam sicut moris est ex antiqua SS. Patrum traditione fuisse cognoscitis nostra vice confirmatis. Quo facto et rem quam ordinate facta fuerit Nobis sine dilatione certis Literis vestris indicata et electum pro suscipienda consecratione quanto citius ad Nos solemni decreto Cleri et Populi destinata. Dat. Romae 16. kal. Octobr. Ind. I. — 1078.

Ex Epistolis decret. Tom. 3. Lib. 5. Reg. 6. Gregor. Pp. VII. Exempla 3.

NUM. XIV.

QUo ausu qua temeritate rescribis Ravennam te paratum proficisci cum Canones evidenter precipiant nullum omnino Pontificum nisi nobis ante visis atque consultis ad Comitatum debere contendere? * Quemadmodum tibi putas licere quod non licet nisi quod hoc officio carere festinas quo his excessibus te ostendis dignum.

* contendere. *In Polycarpo haec sequuntur* = quod cum longevi vel aetate vel honore Pontifices = *Pistoriensis, Lucensis, Fesulanus* = nuper monstrentur fecisse tu qui paucorum dierum fungi Sacerdotio videris. Quemadmodum . . . . .

Gratian. Cap. XXVI. Caus. XXIII. quaest. VIII. pag. 1290 *mihi*.

Digitized by Google

NUM. XXII.

IN nomine Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi. Amen. Ad Episcopalis officii debitum omnium Ecclesiarum in sua Diecesi positarum cura et sollicitudine gerere spectet et cunctarum Litium contentiones maxime inter Sacerdotes dirimere et que inordinata sunt paterno affectu corrigere et ordinare et ordinata commendare ac canonice confirmare: Ego *Crescentius* divina favente Clementia Walterrane Ecclesie humilis Episcopus fraterne dilectionis igne accensus pro remedio anime mee meorum predecessorum Ecclesie *B. Petri* de Curteque est sita in *Curte de Laterato Plebe de Pino* quam felic. mem. *Hermannus Episcopus propriis manibus consecravit* et consecrando in sui suorumque Successorum Patronatus defensione assecutus eidem Eccl. liberam ordinationem magna cum petitione ac desiderio *patronatum sibi suisque Successoribus retinuit*, concedo et trado ac in perpetuum confirmo quidquid a prefato Hermanno pred. Ecclesie rationabiliter fuit concessum vel quicquid in presentiarum iure detinet vel in antea ius. . . acquisierit mobilia seu immobilia videlicet terras vineas cultus et incultus omnesque decimationes ibidem concessas et datas a Guidone et Ugone germanis filiis bone mem. Rainerii et a Tegrimo et Ugone qq. filiis Azonis de toto allodio quod habebat in Curte de *Laterato* ejusque finibus excepta illa porsione de tribus mansis quam Presbiter Petrus de S. Romano ad suam Ecclesiam ante nos juramento pertinere firmavit et alterius medii mansi jura Presbiter Rolandus de *Pratello* per possessionem suam esse juravit. Similiter sepulturas et testamenta populi prenominati Ecclesie S. Petri et Capelle de Laterato. Concedo trado ac in perpetuum confirmo salva tamen per omnia justitia et ratione sue plebis. Si forte vero aliqua presuntuosa persona quod fieri minime credo hanc nostram confirmationem dilaniare molestare vel tollere aliquo modo tentaverit maledictionem Omnipot. Dei et

S. Ma-

S. Marie Virg. et B. Petri Principis Apostolorum incurret et nisi satisfecerit penas inferni sustineat. Insuper in presenti Seculò qui hoc facere presumserit optimi argenti libras decem nostre Camere exactus persolvat et post solutam penam hoc nostrum scriptum omni tempore firmum et stabile in suo robore permaneat. Ut pred. Ecclesia sine alicuius persone contradictione habeat teneat possideat. Actum est in Civitate Wulterrensi ubi Sedes mei Episcopatus Deo gubernante existit regnante Domino Nostro Lothario Roman. Imperatore Augusto Anno Dom. Incarnat. m. c. trigesimo Sexto Ind. XIIII. pridie nonas Junii.

Ego *Crescentius* Episcopus subscripsi et scribere precepi — Ego Azo Archipresbiter subscripsi. — Ego Petrus Sacerdos et Canonicus subscripsi. — Ego Placidus Canonicus et indignus Levita subscripsi — Ego Ugo Kanonicus et Subdiaconus subscripsi —.

Archivio di S. Domenico di Pisa.

NUM. XXIV.

In nomino Domini Amen. Anno Incarnat. Domini Nostri Jesu Christi M.C.LXVIII. Indizione I. Placuit mihi *Galgano* Vulterr. Episcopo consensu et voluntate Ugonis Archipresbiteri eiusdem Ecclesie pignoris nomina obligare et tradere tibi Christofano q. Petri notarii videlicet integram unam petiam bene positam in loco qui dicitur *Subturri* que sic decernitur ex uno latere est terra Ecclesie S. Geminiani et ex alio est.... a superiori currit via publica. desubtus detinent filii gradaloni. pro *quadraginta libras bonorum denariorum* quos a te mutuo accepisse profiteor. termine a medietate mense novembris usque ad unum annum finitum vel antea et lucrum per unum quemque mensem et libram denarios sex tali inquam tenore quod si nos vel nostri Successores ante vel ad constitutum terminum tibi vel tuo certo nuntio vel tui heredes pred. denarios cum lucro constituto

Digitized by Google

stituto persolvero. pignus revertatur ad nos. Quod si non fecero transacto pred. termino habeas totum usumfructum pred. terre usurarum nomine. Qui si minus fuerit quam usure exigant. tibi supplebimus. Si vero plus fuerint illud quod superfuerit in sorte computabitur. quousque pred. pecuniam reabeas. Qum taliter nos nostrosque Successores obligare placuit. Actum in Castro de Casule. Signum suprascriptarum manuum ricci ildibrandini. et Scotti Ugolini. et ildibrandini Ruggerotti. et gregorii riccardini et gualchieri ildibrandini et ildibrandini duuduli. et qualandalle malateste et paganelli gradaloni; et zacchirelli de S. Miniato et asprucci de Casule qui rogati presentes interfuerunt testes.

Ego *Uttigerius* Domini Imperatoris notarius mandato Domini Episcopi *Galgani* hoc instrumentum pignoris scripsi.

Ego quidem riccius ildibrandini et Scottus Ugolini et ildibrandinus ruggerotti juramus ad S. Dei Evangelia si predicti denarii cum lucro promisso ad constitutum terminum soluti non fuerint Christofano vel tui nuntii exinde in antea si alis pred. pignus liticare vel molestare vel contendere voluerit nos adjuvabimus te defendere per bonam fidem sine fraude donec sint soluti cum lucro.

Arch. Vesc.

NUM. XXV.

ALEXANDER Episcopus Serv: Serv. Dei. Dilectis filiis Hugoni Archiepiscopo Ecclesie S. Marie Vulterrane et ceteris eiusdem Ecclesie Canonicis tam presentibus quam futuris canonice substituendis: in perpetuam memoriam. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum bon. mem. *Celestini* et Sancte recordationis

Digitized by Google

Eugenii, *Anastasii*, *et Adriani* Romanorum Pontificum vestigiis inherentes prefatam Ecclesiam Dei Genitricis semperque Virginis Marie in qua divino mancipati estis obsequio sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis parente Domino poterit adipisci; firmo vobis vestrisque Successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Plebem de nigra cum decimatione et Capellis suis. Plebem de Villamagna cum decimatione et Capellis suis. Curtem et Ecclesiam de S. Agatha cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Guardastallo cum pertinentiis suis. Capellam de Monte majori; Ecclesiam de Nubiano, Ecelesiam de Petriolo; Decimationem omnem de Monterii de parte Episcopi, et Marchionis que datur de argenti fodinis. Decimationem Vulterrane plebis. Oblationes omnes eiusdem Ecclesie preter ceram et oleum a bon. mem. Benedicto videlicet Hermanno et Rogerio Vulterranis Episcopis canonice vobis concessas. Terram de Cerreto plano, quidquid habetis in Civitate Vulterrana et in curte ejus in curte de Monte Vulterrano, in Curte de Casula, in Curte de Menzano, in curte de S. Geminiano, in curte de Castello veulo, in Castello et curte de Nigra, in curte de Montetignoso, in curte de Petra raninga, in curte de Castellofalfi, in curte de Liguli, in curte et Castello de Gezano, in curte de Labreto, in curte de Pezzole, in curte de Montecelo, in curte de Montecuccari, in curte de Villamagna, in curte de Pava, in curte et Castello de Lajatico, in curte de Belora, in curte de Casalivistuli, in curte de Montescudario, in Cornino. in Castello et curte de Valli. Tertiam partem curtis et Castelli de Camporena. Domum unam in Ci-

Civitate Lucana. Sanctorum quoque Patrum auctoritatem sequentes. prohibemus. ut nulli Episcopo aliquam ordinationem in eadem Ecclesia facere. vel personam excludere. sive bona Episcopatus in pignore vel feudo alicui dare. seu quolibet modo alienare. absque comuni fratrum vel senioris partis consilio liceat. *Adiicen es etiam presenti decreto sancimus. ut nulli Episcopo liceat infra specialem vestram Parochiam vel muros Vulterrane Civitatis aliquam Ecclesiam popularem de novo sine vestro comuni assensu construere*. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat. suprad. Ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia et integra conserventur. Eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt. Usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolice auctoritate et Episcopi vestri canonica reverentia. Ad indicium autem huius a Sede Apostolica perapte protectionis, sex denarios Lucensis monete. nobis nostrisque Successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens; contra eam temere venire temptaverit. secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a Sacratissimo Corpore ac sanguine Dei et Domini Redempt. Nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem sua jura eidem loco servantibus; sit pax Domini Nostri Jesu Christi. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

In circulo. Vias tuas Domine demonstra mihi. Sanctus Petrus: Sanctus Paulus: Alexander Pp. tertius.

Ego *Alexander* Catholice Ecclesie Episcopus scripsi.

Ego

Digitized by Google

Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus scripsi.
Ego Bernardus Portuens. Episcopus et S. Rufine scripsi
Ego Johannes Presbiter Cardinalis SS. Johannis et Pauli titulo Pamachii scripsi.
Ego Johannes Presbiter Cardinalis tit. S. Anastasii scripsi.
Ego Guillelmus Presb. Cardin. tit. S. Petri ad Vincula scripsi.
Ego Boso Presb. Cardin. S. Prudentiane titulo Pastoris scripsi.
Ego Petrus Presbiter Card. tit. S. Laurentii in Damaso scripsi.
Ego Johannes Presb. Card. tit. S. Marie scripsi.
Ego Ardicio Diaconus Card. S. Theodoli scripsi.
Ego Cinthyus Diaconus Cardinalis S. Adriani scripsi.
Ego Hugo Diaconus Card. S. Heustatii juxta Templum Agrippe scripsi.
Ego Vitellus Diaconus Card. SS. Sergii et Bachi scripsi
Ego Petrus de Bono S. Marie in Aquin Diac. Cardin. scripsi.

Datum Tusculani per manum Gratiani S. Romane Ecclesie Subdiaconi et Notarii IIII. kal. Januarii Ind. V. Incarnat. Dominice anno MCLXXI. Pontificatus vero Domni Alexandri proprie anno tertio decimo —
Arch. Capitolare.

NUM. XXVII.

Comune Florentinum vult recipere in Civem *Dominum Electum Vulterranum* et eum tractare tamquam Civem et vult Comune Florent. quod omnes Ecclesie et terre et homines Vulterrani Communis quas idem electus nunc possidet et in quorum possessionem ipse nunc est ab omni exactione datii vel libre per dictum Comune faciende ipsis sint libere penitus et exempte.

Item quod Castrum Pulicciani sit nomine d. Comunis Episcopatum eidem relinquatur et remaneat expeditum. Castrum vero Gambassi d. Comuni concedatur et

T dimi-

dimictatur et vendatur per eumdem electum pro pretio condecenti.

Item vult d. Comune sibi a d. Electo concedi jus et partem episcopatui contingentem de Castro montis Tignosi et medietatem sue partes Salarie et Doane Salis.

Item quod d. Electus finiat et concedat Comuni florentino omnem jurisdictionem quam habet in Civitate Vulterre et in Castro S. Geminiani et in monte Vulterajo hinc ad L. annos.

Item quod d. Electus de suo Episcopatu facere debeat exercitum et hostem et cavalcatam ad voluntatem d. Comunis contra omnes et singulos inimicos d. Comunis et habeat inimicos d. Comunis pro inimicis et amicos pro amicis.

Item quod d. Comune ad voluntatem suam de d. Episcopatu facere possit contatam et pacem omnibus inimicis dicti comunis.

Item quod terre d. Episcopatus non possint Florentinis facere aliquod divietum de aliquibus victualibus mercibus et mercationibus.

Item quod d. Electus eligat in terris d. Episcopatus quas ipse nunc possidet potestates Vicarios et rectores homines de Civitate et Comitatu Florentino, qui sint amici dicti Populi et Comunis.

Item quod d. Comune possit capere et capi et detineri facere ad voluntatem suam in omnibus et singulis terris Episcopatus Vulterrani, Sic in terris suis et sui Comitatus omnes et singulos ipsius Comunis inimicos et adversarios et exbannitos.

Item quod homines Civitatis et districtus Florent. possint libere ire et redire et apportare et apportari facere quaslibet merces et res per Episcopatum et terras episcopatus pertinentes ad Episcopatum sine passagio vel divieto et libere mercari cum hominibus et terris dicti Episcopatus.

Item quod alias merces quas ipsi cum aliis fecerint pos-

possint libere per ipsum Episcopatum ducere ad Civitatem Florent sine aliquo passagio vel divieto.

Item quod si robaretur aliquis florentinus in terris Episcopatus quas tenet electus fiat emendatio de Rebus amissis secondum probationes factas per perditorem per homines illius terre et Contrate in qua robatio facta fuerit.

Item quod homines Civitatis et districtus Florent. possint et debeant in terris Episcopatus ab hominibus extra Episcopatum positis transeuntibus per terras Episcopatus recuperare eorum avere et res in personis et rebus cum licentia comunis vel populi Florent. et homines episcopatus sic detinere et capere et facere teneantur ad voluntatem d. Populi et Comunis.

Item si placuerit Comuni Florent. facere aliquod Castrum in aliquo loco ubi non sit Castrum seu aliqua hedificatio liceat ei. et ipso castro hedificato remaneat ipsum castrum et sit libere Comunis Florent.

Item quod d. Dominus Electus faciat et procuret quod hiis omnibus et singulis interveniat et prestetur Appostolice Sedis auctoritas et consensus.

Item d. Electus debeat dare privilegia sua publice exemplata et cavere de dando ad utendum. &c.

Arch. Vescovile.

NUM. XXIIX.

CLEMENS Episcopus Serv. Servor. Dei. Venerabili Fratri *Ild.* Wlterrano Episcopo salutem et Apostolicam Benedictionem. Devotionem quam ad Romanam Ecclesiam et nos ipsos habere dignosceris attendentes, fraternitati tue libenter deferimus, et tuam volumus personam propensius honorare. Inde est quod Plebem de *Colle* de *Valle Elsa* que specialiter ad jus Romane Ecclesie pertinere dinoscitur cum Capellis ipsius tibi committimus disponendum. Tue igitur fraternitati imminet providendum et nos per Apostolica scripta mandamus ut Plebem ipsam cum Capellis suis taliter in temporalibus

 spiri-

Digitized by Google

spiritualibusque disponas quod ipsa sub regimine tuo in utrisque proficiat. et nos ad majora tibi committenda induci ex ipsius profectibus valeamus. Nolumus preterea quod Ecclesia cum illuc qualibet occasione accesseris personarum vel equitaturarum numerosa multitudine regravetur. Dat. Marture nono Kal. febr. Indizione sexta.

In plumbo S.PA. S.PE. — 1188.

Clemens PP. III.

Clemens Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilectis filiis Plebano Clericis et Capellanis: Plebis de Colle salut. et Apostolicam Benedictionem. Noveritis nos Venerabili fratri Nostro *Il.* Wlterrano Episcopo Plebem vestram cum Capellis disponendam in temporalibus et spiritualibus commisisse, credentes quod per providentiam suam Ecclesia vestra et vos ipsi sub suo regimine proficere debeatis. Universitati itaque vestre mandamus. atque precipimus. quatenus memorato Episcopo in his que ad Dei honorem et Ecclesie Romane spectant. obedientiam et reverentiam appellatione et contradictione postposita exhibere curetis. Dat. Marture nono kal. febr. Indiction. sexta

Loco ✠ plumbi deperditi. &c.

Arch. Vescovile.

NUM. XXX.

IN Xpti nomine. Breve recordationis ad memoria futuram habendam vel retinendam qualiter actum est in Burgo S. Genesii in domo Philippi quam Brustani in presentia bonorum hominum nomina quorum inferius audientur.

Henrigus Testa Marischalcus Domini Regi Henrigi et pro eodem Legatus totius Thuscie confessus fuit quod recepit mutuo a Domino Ildebrando Vult. Episcopo ad faciendum in servitium Imperii *mille marcas argenti* ad pondus Colonie ad utilitatem Imperii et Domini Regis Henrigi. Unde debet habere Dominus Episcopus

scopus per parabolam dicti Mariscalchi omnes redditus quos Lucensis Civitas debet Domino Regi, solvet prenominato Episcopo omnes redditus de Gallene et Cappiano, Fiuscechio de Curte et Castello reddentur Domino Episcopo; omnes redditus de S. Miniate et de S. Genesio de Curte et de Castello reddetur Domino Episcopo. Pedagium de Castro Florentino excepto quod concessum est Arrigo de Montespertuli habeat Dominus Episcopus. Omnes redditus de Catignano in Curte et Castello reddentur Domino Episcopo. Pedagium de Podio Bonizio et de Burgo Gene et omnes redditus de eodem Burgo reddentur Domino Episcopo. Tributum Senensem videlicet 70. marcas ad pondus Colonie et Pelagium Porte eiusdem Civitatis reddetur Domino Episcopo. Insuper tributum quod reddit annuatim Dominus Episcopus prenominato Domino Regi et pro argenti fodinis et pro fodro et pro moneta retineat Dominus Episcopus; tali pacto et tenore quod habeat et teneat prenominatus Episcopus totam predictam redditam et ejus Successoribus donec ipse erit solutum totum jam dictum Capitale et meritum quod aliis hominibus cui acquisivit dictum argentum facere debet, et hec omnia soluta et adimpleta ut dictum est Domino Episcopo totam predictam redditam remaneat Domino Regi et ejus Nuntii. Quod factum est in presentia et testimonio Gualfredi Judicis de Papia et Bernardini et Uberti de Curviatia et Ormanni de Catena atque Luttimarii Castellani S. Miniati et Solai de Clusino, et Todino de Sancto Geminiano atque Arrigi de Montespertori et aliorum qui interfuerunt Anno Dominice Nativitatis MCXC. duodecimo kal. aprilis Indict. VIII.

Ego Riccardus Judes et Notarius Domini Imperatoris Federigi ibi fui et ex concordia utriusque partis et mandato Domini Mariscalchi his publicas Literas causa memorie scripsi.

Ego Raneri Sacri Imperii Notarius hoc publicum instru-

strmentum legi et relegi et nihil exinde addito vel dempto prout melius potui fideliter exemplavi.
Arch. Vescovile.

NUM. XXXI.

IN nomine Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo undecimo Indict. XV. quarto idus Decembris. Quum humani ingenii naturalis infirmitas plures res diu iugiterque memorie retinere non poterat. Ideo divina inspiratione ad literas et eorum notas nostri pervenere majores ut per eas earumque instrumenta seu documenta perhennia facilis perpetuaque memorie et incorrupte veritatis et fidei integre observantia indubitata tunc haberetur et in omnem posteritatem nullis mortalibus casibus turbata transmitteretur. Ideo ex hoc publico instrumento omnibus manifeste appareat et aperte clarescat quod magister Vivianus procurator et actor factus et institutus a Domino *Ildibrando* Episcopo Wlt. super facto Abbatie Ecclesie S. Justi ut patet in instrumente facto per manum Petri Notarii a me Vincentio Notario viso et lecto coram testibus infrascriptis dixit Thome in hec verba. Domine Thomas ante indignationem que vertebatur inter te et dictum Dominum Episcopum eras Abbas hujus Abbactie et monasterii *pro ipso Domino Episcopo tamquam pro Patrono et Domino et institutore hujus monasterii*. postmodum quia fuisti excomunicatus a dicto Domino Episcopo canonice et iuxte et excomunicationem contempsisti eras privatus omni Ecclesiastico beneficio et hac Ecclesia sive monasterio. nunc autem cum sis reconciliatus Ecclesie et Domino Episcopo suo quoque vice et suus Procurator dico tibi quod Dominus Episcopus vult et ego volo pro ipso et suo nomine atque mandato quod nunc sis Abbas pro ipso Domino Episcopo tamquam pro patrono et Domino et institutore hujus Monasterii et Episcopo totius Episcopatus iuxta bene-

pla-

Digitized by Google

placitum sue voluntatis et mandatum. Actum in claustro dicte Abbactie coram Presbitero Vincentio Capellano Ecclesie S. Angeli et Gratiano quam Branchi et Nichola quod Jannelli et Rainolfo quod Crescentii et donno Ugone monaco et presbitero dicte Abbactie et Sassone Converso dicte Abbactie et presbitero Guilelmo dicte Abbactie Monace testibus ad hec rogatis.

Postea et immantinenti loco eodem et coram testibus eisdem dictus Magister Vivianus procurator Domini Episcopi ut dictum est dixit dicto donno Guilelmo Donne Guilulme Camerarii. Verum est quod Dominus Episcopus tamquam patronus et Dominus et institutor istius monasterii ante indignationem et controversiam que fuit inter donnum Thomam Abatem hujus Monasterii et Dominum Episcopum Ildibrandum quod Dominus Episcopus erat in possessionem dicte Abbatie et postea tempore excomunicationis facte a dicto Domino Episcopo et quia contempsit dictus Dhomas excomunicationem Domini Episcopi causa retinendi possessionem intravit in tenere dicte Abbatie et nunc retinendo ipsam possessionem comendo tibi donno Guillemo Claves Ecclesie ut habeas pro Domino Episcopo sicut pro patrono et Domino et institutore huius monasterii et teneas ad suum beneplacitum et mandatum et ita acceptis clavibus iste Ecclesie dedit eas dicto Guilelmo Camerario qui Guilelmus eas recepit. Actum eodem die et Anno.

Ego Vincentius Sacri Imperii Notarius his omnibus interfui et ut superius legitur rogatu suprascripti Magistri Viviani Procuratoris dicti Domini Episcopi firmavi et scripsi.

Arch. Vescovile.

NUM. XXXII.

IN nomine Patris et filii et Spiritus Sancti amen. Nos Florus Casulensis Prepositus et Buonacursus de Sancto Geminiano arbitri electi a *Domino Pagano* Dei gratia

tia Vulterr. electo. nomine suo et Ecclesie Vult. ex una parte. et a Rainero de Berinoni pro se et tutorio nomine pro nepotibus suis ex altera parte. super omni lite et pro omni lite. et discordia et guerra que olim fuit inter Dominum *Ildibrandum* bon. mem. Vult. Episcopum pro se et etiam nomine dicte Ecclesie. et dictum Rainerium et fratrem ejus et nunc hodie est vel esse videtur. inter dictum Dominum electum pro se et Ecclesia et Rainerium. et nepotes suos. sive ipsum pro se et Nepotibus. Item super omnibus dapnis injuriis offensis et malefactis omnibus tam personarum quam rerum. et terrarum et locorum omnium pro quibus et de quibus omnibus Dominus electus nomine suo et Ecclesie in nos predictos arbitros libere compremisit ex sua parte et Rainerius pro se et tutori nomine pro nepotibus ex altera promittentes ad invicem se se observare de toto facto quidquid et qualiter et quotiens concorditer inde dixerimus: pronuntiaverimus vel preceperimus unus ad invicem de se stipulati sunt penam mille librarum si plene omnia non osservarent vel contra in aliquod facerent. Unde nos in primis taliter dicimus et arbitrando pronuntiamus pro bono pacis iam facte firmiter teneri in perpetuum tenende quod Dominus electus faciat incontinenti securitatem parari de domina Villana filia q. Rainerii de Bientina danda in uxorem Rainerio. et de Domina Gemma filia arnuldi de buriano danda in uxorem filio Rainerii cum dotibus quadringentum libr. in den. inter ambas et anedum ad beneplacitum Domini electi et ipse Rainerius pro se et filio prestet securitatem recipiendi eas. et donationem faciendi propter nuptias ad dictum Sapientis Domini electi. et prestet securitatem incontinenti tenendi firmam pacem in perpetuum. et omnem obligationem. et arbitrium totum et contractum. et securitatem et assecturam ita quod filius et nepotes teneant et jurent similiter et promittant semper omnia firma tenere Domino electo. et

suis

Digitized by Google

suis Successoribus et omnibus adiutoribus suis. et quod prestet Sacramentales quot viderimus sufficere et quales. qui iurent firmam pacem tenere omnibus predictis ad purum intellectum Domini electi in perpetuum et si quo tempore Rainerius. vel filias. vel et nepotes et eorum heredes vel aliquis pro eis contra pred. pacem vel arbitrium vel obligationem. vel contractum in totum. vel aliquam partem facerent. eis nullum auxilium. vel consilium in dicto vel facto prestabunt per se vel per alios aut alicui eorum. vel heredum ipsorum. aut aliis pro eis in personis vel rebus. Item laudamus et arbitremur quod Rainerius pro se, et tutorio nomine pro nepotibus faciat cartam finis et refutationis Domino electo nomine suo et Ecclesie stipulanti de toto Cassero Castello. et burgo. et curte. et districtu de *Berinioni* cum suis pertinentiis tam hominum quam rerum ad dictum sapientis eius. pro quibus omnibus prescriptis firmis tenendis et nullo tempore in aliquo contrafiat. Rainerius pro se et tutorio nomine pro nepotibus suis obliget sua et eorum bona ad dictum Sapientis eius. Domino electo suisque successoribus ita quod sua auctoritate possint possessionem dictorum bonorum intrare. et tandiu tenere donec satisfactum sit eis de persona et de rebus que supra in arbitrio comprehensis, non observatis. Item arbitrando pronuntiamus in primis quod Dominus Paganus electus faciat et curet ita quod omnes obligationes quas Rainerius vel frater vel ambo vel alius pro eo fecerit Domino *Ildibrando* Episcopo vel alii pro eo. sive Ecclesie Vult. cassentur. et in initum deducantur. et nominatim dicimus quod faciat et curet ita quod Gualandellus de Montevultraio. et filii eius liberent Rainerium et Nepotes et res omnes inde sibi obligatas in totum et cartas inde factas restituant vel rogitus. et si carte vel rogitus inde non estent. faciant inde eis scriptum in contrarium et cartas liberationis ad dictum sapientis eorum. Item arbitramus quod Dominus electus

 resti-

restituat Rainerio pro se et nepotibus suis omnes cartas et rogitus quos ipse Rainerius vel frater vel alii pro eis fecerint Domino Ildibrando Episcopo vel Ecclesie nominatim dicimus de obligationibus et cartis quas fecerint Cavalcalambardus et Rogerinus. et Seguinus. et Monaldus de Fosine. et eorum bona inde obligata restituat. et liberata relinquat. Item faciat et curet ita quod Rainerius et nepotes. et eorum heredes omni tempore a predictis et eorum heredibus conservent indepnes per omnia. Item arbitrando pronuntiamus quod Dominus electus det et concedat Rainerio pro se. et nepotibus *in feudum pro restauro Berinionis* medietatem Signorie et jurisdictionis Castelli et Curtis de *Saxo* cum suis pertinentiis cum omnibus hominibus quos Ecclesia habet ibi ad manus suas. et pannocchia de pereta et donicarias quas habet ibi et possessiones omnes. et tot homines cum suis mansis. et pertinentiis. et Segnoria adiciatur. ut suppleatur numerus XXII. hominum inter adiectos et eos quos dat eis apud Saxum. ista adiectio fiat. vel apud Lecciam. vel apud Serazanum. vel apud Montem cerbolim. vel inter omnes. et addictam Domini Pannocchii de Perfalio. et Uguacionis Conei. Item pronuntiamus quod Dominus electus det eis similiter pro restauro terrarum quas habebat in Valle tepule et in plano de Sellata et in fragulaio ad dictum predictorum Pannocchia et Uguccionis in datione Saxi. excipimus Ecclesias. et decimationes. Item pronuntiamus quod Castrum de Aqua viva restituatur eis cum suis pertinentiis ut habeant illum sicut ante discordiam et guerram habebant. ita tamen quod Rainuccius et filius et nepotes teneantur dictum Castrum exhibere Domino Pagano electo dum vixerit. ad pacem et guerram inde faciendam quotiens voluerit ad suam voluntatem recepta tamen ab eo sufficienti securitate si quod dapnum ideo ... de indemnitate procuranda. Item pronuntiamus quod omnia que in presenti fieri super predicta non possunt; precipimus

quod

quod fiat et compleatur usque ad proximas Kal. madii. nisi prestiterint se super aliquibus vel aliquo articulo predictorum fuerint inducie concorditer a partibus donec voluerint tamen semper omnibus predictis obligationibus super pena et reliquis et totiens committatur pena quotiens contra predicta vel aliquam partem predictorum factum fuerit. Unde de predictis omnibus prestandis et perficiendis iuxta tenorem arbitrii. a parte Rainerii et nepotum ipsum Rainerium pro se et tutorio nomine pronepotibus suis Domino *Pagano* electo arbitrando condepnamus. et e contra ipsum Dominum electum de omnibus predictis prestandis et perficiendis similiter iuxta tenorem arbitrii ipsi Rainerio pro se et pro nepotibus arbitrando condepnamus. Datum in Cassaro *Monterii*. in presentia Domini *Mazzucchi* electi de Massa. Magnifici *bellini* olim Archipresbiteri de Colle. et Domini *Rainaldi* Vult. canonicorum. coram etiam magistro *ruffolo*. presbitero *taucinaio*. *ugolino* Pannocchia. *Sicherio* de Massa. *Forteguerra* iudice S. Miniatis. *huberto* pacisci. coram etiam *lamberto* preposito S. Geminiani. et de Monterio. *ildibrandino* orrabili. *ildibrandino* . . . *Seracino* bruni: *braccio* forte. *andree* oraphe: *Gualandallo* Azzi de Monte castello et multis aliis rogatis testibus coram quibus dictus Dominus electus pro se et pro sua ecclesia de Vulterr. omnia predicta observare facere. et adimplere promisit. sub pena denominata superius. obligando se et suos successores sicut dictum est Rainerio pro se et nepotibus et eorum heredibus, Rainerius autem pro se et tutorio nomine pro nepotibus promisit. et ad sancta Dei evangelia juravit. omnia predicta observare. facere et adimplere obligando se et suos heredes: et tutorio nomine suos nepotes et eorum heredes. et sua et eorum bona. sub pena denominata superius. sicut dictum est per omnia A. D. M.CC XII. indictione XIII. Kal. aprel.

Ego Crescentius ordinarius iudex. atque notarius hoc

 arbi-

Digitized by Google

arbitrium, et alia omnia mandata predictorum arbitrorum mandato etiam dicti Domini eleeti. et precibus ejusdem Rainerii omnia predicta scripsi et in publicam formam redegi.

Arch. Vesc.

NUM. XXXIII.

IN nomine Domini amen. Ex hoc quidem publico niteat instrumento quod cum Dominus Episcopus *Paganus* Dei gratia Vult. simpliciter cum Clericis et familia sua esset in Castro veteri de Cambasso Episcopatus Camera speciali, Ego Buonfiliolus Notarius infrascriptus in dictum Castrum ad videndum Dominum Episcopum intravi et cum ibidem essem homines Castri S. Geminiani circumdederunt Castrum in quo erat Dominus Episcopus nullum Laicum neque Clericum ad eum ingredi permittentes balistis et arcubus sagiptas et quadrellos plures contra dictum Dominum Episcopum et suos sagiptantes cum fundis etiam lapides plurimos iniacendo. Acta sunt hec in Castro veteri de Cambasso et circa Castrum presentibus dominis Benedicto Abbate de Elmi Fidanza Plebano de S. Ypolito. Presbitero Martino et Spata Diacono. Riccomanno Subdiacono. Currado Comite. et aliis pluribus Anno Dom. mille ccxxviii. Indict. tertia nono kalend. Februarii.

Item eodem anno. mense. indictione. octava kalendis Februarii. presentibus testibus suprascriptis homines Comunis s. Geminiani similiter nequiter obsidendo dictum Castrum in quo erat d. Dominus Episcopus balistis et arcubus sagittas et quadrellos plurimos contra dictos Dominum Episcopum et suos sagiptarunt pluri-mos lapides cum fundis et cum una machina proicientes lignis et lapidibus fontem replendo ut dictus Dominus Episcopus et alii qui cum eo erant in dicto Castro veteri de Cambasso non haberent aquam ad bibendum.

Item eodem anno mense et indictione septimo kal. Fe-

Februarii presentibus testibus supradictis et aliis pluribus homines Comunis S. Geminiani dictum Dominum Episcopum et suos dictos et alios qui cum eo erant in dicto Castro veteri de Cambasso similirer obsidentes balistis et arcubus sagittas et quadrellos plurimos contra dictos Dominum Episcopum et suos sagiptantes quam plurimos lapides cum fundis et talibus machinis iniacendo per diem et noctem non destiterunt predicta supplicia acriter exercere.

Ego Bonfiliolus Imperialis aule notarius predicta vidi et ex mandat. suprascripti Domini Pagani Episcopi scripsi et eo in publicam fideliter formam redegi.

In Christi nomine amen. Anno Domini MCCXXVIIII. Ind. III. VIII. kal. Februarii Cunctis quidem scire volentibus sit manifestum quod cum Dominus *Paganus* Vult. Episcopus esset in Castro Veteri de Cambasso Episcopatus Camere speciali et venisset ad consignandos infantes pro quo officio adimplendo albergariam ut mox est a Plebano et Clericis ipsius Plebatus iam recepisset ex parte Potestas et Comune S. Geminiani et Potestas cum quibusdam Nobilibus et aliis de Colle manu armata d. Dominum Episcopum in dicto Castro hostiliter obsiderunt, et obsidendo cum et suos ex omni parte Castri ita quod nullus nec per eorum manus nec furtim dictum Castrum posset ingredi vel exire fontem foris iuxta Castrum positum lignis et stipula repleverunt ne inde vel aliunde qui intus erant haberent aliquid ad bibendum. Secunda vero die sub eodem anno et indict. unam mancolelam de foris elevaverunt cum qua intus Castrum super dictum Dominum Episcopum et suos lapides quamplurimos proiecerunt balistis et arcis sagittas et quarellos assidue die et nocte quacumque intus Castrum contra predictos quamplurimos immittendo, et etiam lapides multas cum rotolis et mezafustis similiter proiciendo. Tertia vero et nocte diei sequentis usque mani elevantes unam mancolelam et unam manganum.

ibi

Digitized by Google

ibi de foris cum eis lapides quamplurimos et ligna adcensa intus dictum Castrum super pred. Dominum Episcopum et suos continue proiecerunt. balistis et arcis lapides plurimos cum rotolis et mazafustis proiecerunt ac sagittas et quadrellos plurimos immiserunt et sic cum tribus manganis una die et nocte tota lapides et ligna adcensa proiecerunt in Castrum et eidem Domino Episcopo multa convicia irrogando hoc sibi fecerant quia Castrum defendebant.

Actum in dicto Castro de Cambasso presentibus Ren. Abbate de Elmo. presbitero Martino. et Spata Clericis eiusdem Episcopi et Bonfiliolo Notario et aliis quampluribus testibus.

Ego Fidanza Not. predictis omnibus interfui ideoque subscripsi et pubblicavi.

Arch. Vescovile.

NUM. XXXV.

IN nomine Patris et filii et Spiritus Sancti amen. Anno Domini mille ducento vigesimo quinto die 11. nonas. madii Ind. XIII. Ad honorem Dei et D. Marie Virginis et omnium Sanctorum et Domini *Pagani* Dei gratia Vult. Episcopi et totius Vulterr. Civit. eiusque districtus. Nos *Paganus* Dei gratia Vult. Episcopus nomine Ecclesie Vult. et Episcopatus profitentes ac providentes utilitati et melioramento dicte Ecclesie et Episcopatus et nominatim pro defensione et auxilio quam et quod Civit. Vult. nobis debeat deinceps in terris infrascriptis et in Episcopatu prestare et dare. Dum tamen non in terris et possessionibus nunc a civitatibus possessis sive detemptis contra scilicet homines Episcopatus nostro modo jurisdictioni de jure vel de facto subditos. Damus siquidem et concedimus tibi Meliorello Catalani Pot. Vult. recipienti pro Comuni Vult. et ipsi Comuni. In primis de castro quidem de *Ripamarancie* et ejus curte hostem et cavalcatam tantum contra

tra

tra omnem personam et locum ut infra de aliis terris; salvo contra nos et nostros Successores inde habere non debeas tu nec dictum Comune. et concedimus de dicto Castro et de qualibet infrascriptarum terrarum Ecclesie Vult. scilicet Altari S. Marie unum cereum duodecim librarum annuatim in perpetuum in festivitate S. Marie de Augusto ita tamen quod cera que superaverit debeat conservare pro lumine dicte Ecclesie in celebrandis divinis. Et medietatem placitorum et bandorum et datii sive accactum. *Aquavive* et eius curtis. *Silani* et eius curtis. *Monterufoli* et eius curtis. *Libiani* et eius curtis. *Miciani* et eius curtis. *Roveti* et eius curtis. *Canneti* et eius curtis. *Monteviridis* et eius curtis. *Caselle* et eius curtis. *Sasse* et eius curtis. *Gelli* et eius curtis. *Casallie* et eius curtis. *Miemi* et ejus curtis. *Gabreti* et *Montecatini* et eorum curiarum. *Buriani* et eius curtis. *Camporene* et eius curtis. *Petre* et eius curtis. *Villamagne* et eius curtis. *Montetiniosi* et eius curtis et medietatem solummodo omnium datiorum quam habemus et habere debemus de datis arcis et Castri *Montisvultrai*. hoc acto quod nos predictis terris debitum servitium imperii facere debeamus et nullatenus earum occasione dicta civitas imperatori nec eius nuntio servire teneatur reservato nobis integra datio tollendo in dictis terris et hominibus in eo anno cum nobis expediret ire in exercitui imperatoris vel sui certi nuntii. Item in predictis terris damus tantum cedimus et concedimus tibi recipienti pro dicto comuni et ipsi comuni medietatem pro indiviso de intratis portarum. pedagiorum. mercatorum et nundinamur que nunc fiunt vel in antea constituuntur in prefatis terris. Item damus cedimus tibi pro dicto comuni et ipsi comuni licentiam hedificandi comuniter nobiscum hedificia scilicet molendina et gualcheria sive follos et medietatem et reditum eorumdem in plano fluminis *Cecine* et curtis *Berignonis* et *Ripamarancie* et in tota planitie de *Cecina* a *Barignone* usque ad gua-

Digitized by Google

guadum *Tegulai*. retento nobis molendino de Berignone pure et sine aliqua conditione et reservato nobis molendino de *Balcari* si plura hedificia non fierent in dictis locis et si plura fierent in dictis locis damus tibi licentiam rehedificandi comuniter nobiscum ut superius de aliis dictum molendinum de *Balcari* et redditus sint comunes inter nos ut alii et si Civitas Vult. nollet in plano de Berignone et Ripamarancie et Cecina ut dictum est supra hedificia concorditer nobiscum haedificare possimus libere infra duos menses postquam essent consules vel pot. Vult. civit. a nobis inde inquisiti si renuntiarent vel cessarent ea facere nobiscum libere possimus hedificare et facere pro nobis ad indo in antea. concedentes namq. tibi pro dicto comuni et ipsi comuni terram nostram necessariam ad dicta molendina construenda et ad steccarias faciendas, et arborum positarum prope foveas dictorum molendinorum viginti brachiis et integra ligna de nostris nemoribus et boschis et Silvis necessaria a dicta molendina construenda, et deinceps in perpetuo manutenenda et reficienda. Item concedimus tibi pro dicto comuni et dicto comuni hostem et cavalcatam habendam et faciendam de universitatibus et hominibus suprascriptorum terrarum contra omnem personam et locum quando volueritis. excepto contra nos et nostros Successores dantes insuper tibi et concedens pro dicto comuni et ipsi comuni licentiam et potestatem constringendi et compellendi unum de tribus hominibus de qualibet familia habitanti in dictis terris civem Vult. facere. Item concedimus tibi pro dicto comuni et ipsi comuni quod quicumque de aliis nostris terris voluerit deinceps fieri civis Vult. libere fieri possit salvis tamen nobis in utroque casu debitis et consuetis servitiis volentibus dictis civibus nostris terris et possessionibus uti et fieri que omnia pred. et singula ut superius dictum est tibi suprascripto Meliorello pot. recipienti pro dicto comuni Vult. et ipsi comuni.

Digitized by Google

muni. Et dicta omnia ut dictum est deinceps pro dicto comuni tu et tui Successores habeatis teneatis et quasi possideatis Sancto modo concedendo tibi jus et actionem percipiendi dictorum fructuum et redituum simul nobis cum in perpetuum. ita quod dicta servitia comuniter et non divisim debeant exigi a nobis et a dicta civitate. facientes te de predictis et in predictis procuratorem ut in rem dicti comunis et dictum comune ut dictum est. ut directo vel utiliter tu et tui successores predicto comune et ipsum comune inde agere et experiri atque excipere valeatis et ipsum comune valeat et promittimus per nos et nostros successores tibi et suis successoribus predictam dationem et concessionem et omnia predicta semper firma tenere et observare et contra non venire aliquo modo vel ingenio et nullam litem vel controversiam de predictis vel de aliquo predictorum facere et non dedisse nec concessisse nec alienasse de predictis vel de aliquo predictorum aliquod ius alicui quod possit vel debeat obesse dicto comuni et si adparuerit datum vel concessum aut litem inde fecerimus nos vel nostri successores tibi vel tuis successoribus nomine pene mille marchas boni et puri argenti tibi dabimus et dare promittimus et pena data predicta omnia ut dictum est teneamur facere et observare tibi pro dicto comuni et ipsi comuni et damus tibi liberam potestatem possessionem vel quasi tua auctoritate omnium predictorum pro dimidia ut dictum est ingrediendi nomine dicti comunis et interim nos ea nomine dicti comunis possidere vel quasi constituimus obligando in his omnibus nos et nostros successores tibi predicto comuni et suis successoribus renuntiando omni legum et iuris auxilio. ad his suprascriptis omnibus et singulis suprascriptorum. Nos magister *Pisanus*. *Lanfrancus*. *Ildibrandus*. *Rainerius*. Magister *Broccardus*. *Tancredus*. et *Luoteringus* canonici Ecclesie S. Marie de Vult. pro nobis et Capituo Vult. consentimus. Pro qua siquidem

 datio-

datione cessione et concessione ego suprascriptus Melivrellus Vult. pot. pro et nomine dicti comunis et meis successoribus promitto vobis Domino *Pagano* Vult. Episcpo recipientibus nomine Ecclesie Vult. et Episcopatus cum consensu meorum consiliarorum et provisorum et consulum mercatorum publice et solepniter coadunatorum ad sonum campane scilicet Curradi q. Buonafidanze Uldofredi Nicole Provisorum videlicet *Scuti* q. Guidi et *Prendeparte* q. Guidi Consulum mercatorum *Silimonni* q. Diatisalvi dare et prestare vobis Domino *Pagano* Vult. Episcopo recipientibus nomine Ecclesie Vult. et Episcopatus et vestris successoribus auxilium et adiutorium, et fortiam et consilium per posse bona fide sine fraude in manutenendis conservandis et in recuperandis recuperatis manutenendis juribus et rationibus Episcopatus Vult. contra terras et homines episcopatus Vult. nunc subiectas et subiectos de iure vel de facto episcopatui Vult. et non contra civitates vel civitatem in Episcopatu Vult. quando necesse fuerit et non contrafacere ad vestram inquisitionem et mendum equorum debeatis fieri facere cum vestra et nostra fortia terris predictis et ab aliis de episcopatu que convenienter a vobis et a Civit. Vult. debeat et possit ad hoc compelli hoc modo quod equus debeat emendari usque in summam quinquaginta librar. denar. novor. pisan. et non amplius ab inde inferius ad defensionem perdentis et equi qui fuerint macagnati in vestro servitio debeant emendari a vobis ad dictum duorum hominum comuniter electorum et Asbergum et corectum perditum in vestro servitio similiter debeant emendari ad defensionem perdentis et hec omnia et singula ut dieta sunt pro me promitto per me et meos successores vobis et vestris successoribus semper firma tenere et observare et contra non venire aliquo modo vel ingenio. et si ita ut dictum est ego et mei successores non observaverimus vel si contrafecerimus mille marchas boni

et puri

et puri argenti nomine pene vobis pro iam dicto comuni dabo et dare promitto. et pena data predicta omnia ut dictum est tenear facere et observare. Insuper promitto vobis pro iam dicto comuni et ad suprascriptam penam mille marcharum argenti solepni stipulatione promissa quod faciam mitti in constituto Vult. in quo contineatur quod omnia et singula a me pro comuni Vult. vobis promissa debeant perpetuo a Civitat. Vult. et ad universitate inviolata observari sicut scriptum est per manum Isimbardi not. et quod semper teneantur consules vel pot. iuramento pro tempore Vult. existentes de consulatu in consulatum et de regimento in regimentum annuatim in futurum hoc capitulum facere mitti in constituto Vult. et hoc capitulum in totum vel in partem non possit mutari nec contrarium capitulum ei poni et si usu contigerit quod hoc capitulum de constituto tolleretur vel in constitutum non mitteretur propterea quia Civit. consulibus vel pot. careret vel propter aliam causam que postquam civitas consulibus vel pot. reformata fuerit et denuntiatum fuerit ipsis consulibus vel pot. a dicto Domino Episcopo et eius successore vel ab eorum certo nuntio ad hoc designato qui infra triginta dies post inquisitionem factam consulibus vel pot. Vult. ipsi consules vel pot. pro tempore existentes dictum capitulum sicut superius legitur in totum et per omnia sicut superius scripta sunt. Ego Meliorellus Vult. pot. pro comuni Vult. observare et facere et fieri facere et observare et non contravenire per me et per meos successores in perpetuum vobis Domino *Pagano* Vult. Episcopo solepni stipulatione promitto et si aliquo tempore in totum ut superius legitur predicta omnia ego et mei successores non observaverimus et contrafecerimus et observare et facere non curaverimus et contra predicta vel aliquo predictorum fecerimus et infra triginta dies post inquisitionem predicto modo factam qui id contrafecerit in totum non con-

Digitized by Google

concordaverit suprascriptam penam pro comuni Vult. solepni stipulatione vobis Domino Pagano Vult. Episcopo dare promitto. obligando in his omnibus me et meos successores et dictum comune vobis et vestris successoribus renuntiando omne legum et juris auxilio.

Actum Vult. in coro Ecclesie Sancte Marie coram Lamberto de Gezano Bonaccurso et Bonaguida q. Parisii Bartolomeo q. Plebani Baldinocto q. Danielli. Tegrino q. Buontalenti. Tudino q. Gualterotti. Artucio q. Ildibrandini. Tripolo q. Banbini. Vincentio not. Arnaldo. q. Benni. Rubaldino q. Scorcialupi. Pavi q. Cempoli. Gualtario q. Nerti. Rustichino q. Tiniosi. Jacobo Baldinocti. Africante q. Chicchi. Bonbarone q. Burgognonis. Merciaderio q. Ildibrandini. Marchese q. Crescentii, rogatis testibus.

Ego Isimbardus sacrii imperii not. predictis omnibus interfui et ut superius legitur scripsi rogatus.

Arch. Publico.

NUM. XXXVI.

IN nomine Domini amen. Ex hoc publico pateat instrumento quod Paganus Episcopus Vult. constitutus in presentia Domini Gherardi Comitis de Auster. pro imperio in Italia Legato ad inquisitionem eiusdem Comitis qui petebat a dicto Episcopo vice et nomine Episcopatus predicti, ut eidem solveret et daret censum imperiali Curie debitum occasione infrascriptorum Castrorum et terrarum que ab imperiali curia episcopatus et Episcopus memoratus tenebat in feudum vel ipsa castra eidem comiti pro imperiali Curia resignaret et redderet videlicet castrum de *Gambasso* et curiam. castrum *Pulicciani* et curiam. castrum *Ulignani* et curiam. castrum *Casulis* et curiam. castrum *Montis Castelli* et curiam. castrum *Montis Cerboli* et curiam. castrum Ripomarancie et curiam. et alia castra que Episcopus memoratus ab imperiali curia retinebat. Ipse vero Episcopus

pus inspecta utilitate ipsius Episcopatus tam *ratione conservanda libertatis* Episcopatui memorato quam etiam *ratione utilitatis*, cum census quem dictus debebat annuatim imperiali Curia occasione memoratorum Castrorum et terrarum excederent summam fructuum et reddituum ex eis provenientem, reassignavit et restituit memorata Castra et terras et res eidem Comiti Gherardo pro imperiali Curia recipienti, reassignavit et restituit, constituendo interim eum ut pro imperiali Curia memorata tenore presentis resignationis in eorum possessionem intraret; dando ei licentiam intrandi in eis quandocumque sibi placuerit. Insuper obligans se suosque successores vice et nomine Episcopatus predicti et omnia bona Episcopatus ipsius eidem Comiti pro imperiali curia recipienti et fecit finem et refutationem et pactum de non petendo ulterius de omni jure et actione, ratione quam in dictis Castris memoratus Episcopus habebat, occasione concessionis sibi vel suis antecessoribus, vel Episcopatui memorato facte ab imperiali Curia vel ab alia persona, vel loco. Et de omni eo quod in dictis Castris vel Locis et terris, posset Episcopus vel sui Successores vel pred. Episcopatus dicere vel requirere aliquo modo vel iure. promittens contra factum non venire nec facere per se suosque successores obligans eidem comiti pro imperiali curia recipienti solvere et dare promisit si contra faceret et omnia pred. et singula non servaret vel contra factum esset vel fieret. Et omnia damna et expensas restituere et pena soluta vel non contractus firmus persistat. pro quibus omnibus confessus est idem Episcopus recepisse a dicto comite pro imperiali curia faciente finem et refutationem de omni censu et redditu, quam occasione memoratorum castrorum memoratus Episcopus vel Episcopatus imperiali curie dare tenebatur. Et in predictis omnibus renuntiavit Episcopus exceptioni doli et in factum et ex iniusta causa et sine causa et non recepte finis et

omni

omni privilegio et omni legum et iuris auxilio et clericali seu Ecclesiastico beneficio et iuribus et Legibus que prohibent rem et penam simul exigi. Et omnia suprad. et singula dictus Dominus Episcopus positis coram eo sacrosanctis Evangeliis loco iuramenti confessus est se facere ad ipsius Episcopatus utilitatem. Actum in Cassero Sancti Miniatis in Ecclesia beati Michaelis presentibus Domino Ruberto Judice de Ganga de Luca Ruberto nuntio Curie Ildebrandino Foresti Frederigo de Piscia Bernardo Lucheff. Anno Dominice Incarnat. MCCXXX. secundo VIIIJ. Ind. VIIJ. idus Novembris.

Ego Alchercolus Detisalvi Not. Judex ordinar. et not. publ. ex commissione mihi facte a Detisalvo de suis rogitis et ex commissione Domini Conradi de Crivett pro imperio de S. Miniate et Curia Capitanei et etiam Castellani de suis rogitis et imbreviaturis publicandis predicta prout recepi in suis Schedis et rogitis exemplavi et signum mee manus adhibui complicatum.

Ego Jacobus Detifei imperiali auctoritate Not. huius exempli autenticum vidi et legi et quidquid in eo reperi hic ita fideliter et per ordinem exemplatum inveni; ideoque subscripsi &c. &c.

Libro Bianco dell'Arch. Publ. di Sangimignano pag. 52.

NUM. XXXVII.

COadunato consilio speciali et generali ad sonum campane more solito in Palatio Plebis S. Geminiani VIII. id. Octobris Ind. XI. petitum est consilium a dicta Potestate super eo quod petit Dominus Episcopus Vulterr. qui vult ire ad Dominum Imperatorem et ad ſuis servitium cum armis sicut habet in mandatis ab Imperatore et petit quod cum eo vadant quinque milites pro Comuni S. Geminiani et ulterius quod demus, et dare debeamus eidem pro expensis mille libras denariorum ad penam cc. marcharum argenti.

Item In nomine Domini Coadun. VIIII. Kal. Nov. peti-

petitum est consilium super eo quod proponit Dominus Episcopus Vult. qui vult auxilium et iuvamen a comuni S. Geminiani causa eundi ad Dominum Imperatorem et super eo quod si nostri Ambasciatores iverint Florentiam, dicant Potestati Florentie qualiter Vulterrani dicunt quod D. Baldovinettus non erit Rector Terrarum Domini Episcopi a Kalend Januarii in antea et qualiter Dominus Episcopus inquisiverit nos per cartam publicam ut deberemus eum juvare contra Vulterranos qui dicunt quod dissipabunt Terras Domini Episcopi et Episcopatus.

Dominus Advocatus Jacobi consuluit et dixit quod Potestas roget Dominum Episcopum ut mittat suum nuntium ad D. Imperatorem causa acquirendi literas ab Imperatore quod D. Imperator mandet terris Episcopatus ut iuvent Dominum Episcopum ad mandatum Episcopi; et si Dominus Episcopus restringere se vellet quod aliter faceremus Potestas faciat Consilium. postea, et quod erit iudicatum fiat. Item consuluit quod dicatur Ambasciatoribus qui iverint Florentiam, ut dicant Potestati Florentie sicut dictus Episcopus eis imposuit de facto quod supra dictum est.

Item ... tertio non. Decembris Ind. XI. petitum est Consilium a Domino Ugone Judice comunis S. Geminiani et Vicario Potestatis super Literis nobis destinatis a Domino *Pagano* Vult. Episcopo in quibus continetur quod debeamus ire Monterium cum equis et armis incontinenti in succursum eius quia ipse et G. D. prefecto Legatus Domini Pape sunt in captinoe detenti ab hominibus de Monterio et de Saxoforte, quid et qualiter sit faciendum, petit Consilium. Unde major pars Consilii pred. fuit in concordia quod ita fiat et non aliter scilicet quod per nuntium nostrum debeamus significare Domino Episcopo et per nostras literas, qualiter miramur de eo quod nobis significavit, et quomo-

Digitized by Google

do non est credendum quod ipse in terra sua propria in captione detineatur. &c.

Libro di Rifo ma di Gerardo d' Ildebrando Adimari Podest. di Sangimignano nell' Anno 1236. *pag.* 63 t. — 65. t. — 68.

NUM. XXXIIX.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilecto filio... electo Vulterrano salutem et Apostolicam benedictionem. Cum sicut te insinuante didicimus pro necessariis tuis magna te..... expensarum ac propter guerrarum incursus nichil possis... Ecclesie Vulterrane devotioni tue auctoritate presentium concedimus ut.... ipsis necessariis possis recipere mutuum et bona ipsius Ecclesia creditoribus obligare. Datum Lugduni primo idus Junii Prefatus nostri Anno tertio.

Arch. Vescovile.

NUM. XXXIIX.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei Dilecto filio... electo Vulterre Ecclesie salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolice Sedi que velut pia mater quod suum est exhibentibus non claudit gremium ad eam redire volentibus auctore Domino licet immeriti presidentes devotioni tue presentium auctoritate concedimus. ut tam Clericos quam Laicos qui de partibus Tuscie assistendo et favendo F. quondam Imperatori contra Ecclesiam latam in eos excomunicationis sententiam incurrerunt volentes relicto eo ad unitatem Ecclesie cum humilitate redire, ab ipsis de non adherendo vel favendo d. F. de cetero tam iuratoria quam alia sufficienti et idonea cautione recepta possis per te vel per alios quos ad hoc idoneos duxeris deputandos ab ipsa sententia iuxta formam Ecclesie absolvere.... et super irregularitate si quam propter hoc iidem Clerici incurrisse noscuntur nihilominus dispensare iniuncto ipsis

quod

quod secundum Deum videris iniungendum. Ut autem adherentes ac faventes Ecclesie contra F. pred. fructum assequi valeant qui non perit eadem auctoritate ipsis prout expedire videris suorum peccatorum veniam de quibus vere contriti et confessi fuerint largiaris. Super eo vero quod sicut asseris excomunicatos vitare non potes tibi relinquimus ut pro Ecclesie utilitate ipsis comunicare valeas ita quod per hoc alicuius excomunicationis sententiam non incurras. Dat. Lugduni non. octobr. Pontificatus nostri An. sexto.

Loco plumbi ✠ deperditi.

Arch. Vescovile.

NUM. XXXIX.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei, Dilecto filio... Electo Vulterrano salutem et Apostolicam ben. Certantibus pro fide catholica et laborantibus pro Ecclesiastica libertate libenter impendimus gratiam et favorem. Tuis itaque devotis supplicationibus inclinati ut bona illorum qui de partibus Tuscie F. quondam Imperatori contra Ecclesiasticam libertatem dapnabiliter favere presumunt libere possis invadere ipsaque retinere licite ac etiam auctoritate nostra cum invadentibus bona predicta prout expedire videris dispensare tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Lugduni XV. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno septimo.

Loco plumbi ✠ deperditi.

Arch. Vescovile.

NUM. XXXIX.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilecto filio... electo Vulterrano sal. et Apostolicam ben. Cum fuerit lecta coram nobis tua petitio continebat quamplures Florentini ac Aretini Civ. et Diecesim.... votum quod de transeundo in terre Sancte subsidium emiserunt contra F. quondam Imperatorem et fautores

ipsius cupiant commutare. nos de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes presentium tibi auctoritate committimus quatenus auctoritate nostra prout expedire videris votis annuas eorum illam eis eadem auctoritate indulgentiam concessimus que transeuntibus in terre Sancte subsidium in generali Concilio est concessa. Dat. Lugduni XV. kal. Jun. Pontificatus nostri Anno septimo.

Arch. Vescovile.

NUM. XL.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilectis filiis... Potestati Consilio et Comuni Castri S. Geminiani Vulterr. Dieces. salutem et apostolicam benedictionem. Gaudemus in Domino et vobis etiam congaudemus quod sicut dilectus filius R. Vulterr. Electus in nostra proposuit presentia constitutus vos ad Ecclesie Romane matris vestre a quo non corde sed corpore ut credimus aliquando deviastis humiliter redeuntes pred. Electum tamquam Patrem et pastorem animarum vestrarum benigne recipere ac honeste tractare nihil omittendo de contingentibus studuistis propter quod Vobis apud Deum eterne retributionis premium et apud homines perpetue laudis titulum merito comparastis. Verum non qui inceperit sed qui usque in finem in bonis perseveraverit actibus se dignum commendatione demonstrat Universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus spiritu fortitudinis liberati eidem Electo plene ac humiliter intendentes sibi ad recuperationem et defensionem possessionem et jurium suorum assistatis... inter eius salubria monita et mandata ... devote et inviolabiliter observando. ita quod Romanam Ecclesiam in vestre devotionis constantia letificari contingat. et idem Electus in vestris opportunitatibus adesse teneatur vobis

vobis merito pariter et prodesse. Dat. Lugduni Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno octavo.

Arch. Vescovile.

NUM. XLI.

INNOCENTIUS Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilecto filio Abbati de Rota Aretin. Dieces. sal. et Apostolicam benedictionem. Precibus dilecti filii .... Electi Vulterr. benignum impertientes assensum discretioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus si comune Civit. Senen. eundem Electum impedire seu perturbare presumpserit, quominus ipse in Civitate ac Diocesis Wulterran. iuribus et jurisdictioni vel quasi libere uti possit, tu qui ab ipsius indebita molestatione super iuribus et jurisdictione huiusmodi omnino desistant, per excomunicationis in personas et in eandem Civitatem Interdicti sententias quotiens opportunum fuerit postposita appellatione compellas. Dat. Perusii II. Non. Decembr. Pontificatus nostri Anno nono.

Arch. Vescovile.

NUM. XLIII.

IN Dei nomine amen. Justis petentium desideriis facile nos *Raineriun* miseratione Divina Vulterran. Electum docet auctoritatem prebere et vota seu petita que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Igitur confisi de consili probitate atque industria licterali quam in te *Paganello* nato Magistri Spinelli de Sancto Geminiano nostre Diecesis plene invenimus te publicum Notarium et Tabellionem facimus et constituimus et ordinamus auctoritate predicta recepto a te pro Romano Imperio, cuius auctoritate fungimur in hac parte nostra persona et nostro Episcopatu, sacramento pure fidelitatis ut moris est et jus et consuetudo requirit et officium Tabelionatus fideliter et legaliter exercendi ut expedit iuramento dantes tibi auctoritate iam

 dicta

dicta licentiam et liberam potestatem videlicet pro Romano Imperio contractus quoslibet emptiones, venditiones donationes testamenta Codicillos testium depositiones et alia omnia et singula que ad Tabellionatus officium pertinent et pertinere noscuntur facienda et ea publicandi ita tamen quod non publicabis instrumentum aliquod in cartis rasis bombacinis vel *papireis* et te de iam dicto Tabellionatus officio investimus cum *calamario* atque *penna* dantes tibi auctoritate iam dicta licentiam et liberam potestatem officium ut expedit ubique per Romanum Imperium exercendi. In cuius rei memoria et stabili firmitate presens publicum instrumentum fecimus fieri nostri sigilli munimine roboratum. Actum apud Sanctum Geminianum in porticu dormentorii dicte Plebis presentibus Domino Philippo Judice Arrigo Notario quondam Guidi Magistro Scarzo quondam Pieri Palmerio quondam Michaelis et Adelardo quondam Lamberti TT. Anno Domini MCCLIII. indict. XII. nono Kal. Aprilis.

Cartorale nell' Arch. Pubblico.

NUM. XLIIII.

ALEXANDER Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilectis filiis Capitaneo et Populo Florentie salutem et Apostolicam benedictionem. Quanto prestantioris honoris et amplioris potentie titulis vos divina clementia illustravit tanto vobis majoris humilitatis et purioris devotionis materia debuit provenisse et ut potentie ac honoris huiusmodi vobis semper assit adiectio fructuoso debeatis Ecclesias et ipsarum ministros prosequi honorificentia debita in quibus Dominus honorari se asserit atque sperni. Sed vos sicut accepimus hec prout convenit minime attendentes nonnulla loca dicti filii Electi Wlterrani gravi ruine dispendio deformatis dum muros turres et edificia locorum ipsorum dirui facitis pro vestre libito voluntatis nec non et iurisdictionem tempora-

poralem eorumdem locorum quam idem Electus hactenus inconcusse obtinuit tam in proficiendis ibidem potestatibus quam aliis nitimini usurpare. Porro miratur dictus Electus et nos una cum eo cur sibi premissa rependitis qui nunquam vobis infestus extitit vel molestus. et quod gravius est ipse ab obsequiis nostris quibus deputatus fuerat discedere cogitur. et ad Ecclesiam suam que sic a vobis incessanter affligitur remeare: ut eius saltem presentia sit tot repressiva gravaminum que in ipsius absentia nimium pullularunt. Quia vero nostra interest revocare vos a premissis in quibus proximus leditur et offenditur ipse Xptus Universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus ab huiusmodi molestiis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia penitus desistentes prefatum Electum quem vobis gratum et vos ei gratiores esse cupimus favore benevolo prosequi studeatis. preces nostras et mandatum taliter impleturi quod iniquitatem adire ac diligere iustitiam comprobemini et zelatores Ecclesiastice libertatis, nosque quod si secus egeritis non possemus hoc utpote quod in grave dispendium libertatis Ecclesiastice redundare dinoscatur sub dissimulatione transire sinceritatem et devotionem vestram merito commendemus. Dat. Anagnie XI. Kal. Julii Pontificatus nostri Anno primo — 1255.
In plumbo S.PA . S.PE.

ALEXANDER PP. IIII.

Arch. Vescovile.

NUM. XLII.

ALEXANDER Episcopus Serv. Serv. Dei dilecto filio Magnifico Uberto de Capieneto Capellano nostro salutem et Apostolicam Benedictionem. Conquerente olim nobis dilecto filio . . . Wlterrano electo quod Florentin. Pisan. Senen. et Wlterran. Civitatum nec

non

non S. Geminiani, S. Miniatis, Podibonizi, et de Colle comunia et quamplures alie singulares persone predict. Civitatum et Dioc. earundem quedam Castra iurisdictiones homines et alia bona ad Wlterranam Ecclesiam pertinentia contra iustitiam detinebant Magistro Ubaudo Capellano nostro nunc *Cheruier.* Electo dedimus nostris literis in mandatis ut personaliter accedens ad Civitates et loca pred. si sibi do promissis per suam inquisitionem constaret comunia ipsa et singulares personas alias ad restitutionem predictorum monitione promissa per excomunicationis in potestates Capitaneos et Consiliarios Civitatum et locorum ipsorum et Interdicti sententias in Civitates et loca eadem appellatione postposita coartaret. Verum quidam ex eis per procuratores coram ipso competentes excipiendo proponere curaverunt quod auctoritate literarum ipsarum in causis huiusmodi procedere non poterat nec debebat ex eo quod cause ipse temporibus predecessorum ipsius Electi aliis delegate fuerant et etiam temporibus felicis recordationis Gregorii pp. predecessoris nostri ad Sedem Apostolicam revocate. fuit insuper propositum per eosdem quod pred. comunia citari non poterant ad alia loca sive pro articulis offerendis eisdem super quibus erat inquisitio facienda seu etiam pro quacumque alia causa ex eo quod in literis continetur eisdem ut ad Civitates et loca personaliter accederet memorata, proposuerunt etiam quidam ex eis quod per illam clausulam quamplures alii ultra quatuor non poterant convenire, et quod prius erant convenienda terrarum comunia quam singulares persone. prout eodem Electo accepimus intimante. Cupientes igitur non solum indepnitati eiusdem Ecclesie precavere solicite verum etiam saluti animarum bona eius iniuste detinentium ex officii nostri debito providere. Discretioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus non obstantibus huiusmodi exceptionibus nec non constitutione de duabus dictis

Digitized by Google

ctis edita in Concilio generali per te vel per alium super hoc in principali procedas negotio iuxta traditam ei formam, non obstantibus aliquibus literis ab adversa parte a Sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis que de presentibus plenam et expressam non ferant mentionem. Datum Viterbii III. kal. Augusti Pontificatus Nostri. Anno tertio.

Loco plumbi ✠ deperditi.

Arch. Vescovile.

NUM. XLV.

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo CCLVII. ind. XV. die 5 Kal. Aug. Nos *Ranerius* Dei gratia electus Ecclesie Vulterrane pro magna et evidenti utilitate et necessitate ipsius Ecclesie et Episcopatus Vulterrani quam esse profitemur. pro attenuandis et solvendis debitis quibus tenebatur dicta Ecclesia et nos pro ea ex causa mutui. Bentivegne Davanzi de Florentia que debita contraximus pro *recolligendis possessionibus dicte Ecclesie* et Episcopatus et etiam pro *expediendis debitis quibus* tenebatur dicta Ecclesia et nos pro ea ex causa mutui Dolti et Jacobi Ghiberti de Florentia. que debita contraximus *tempore quo fuimus in exercitu Romane Ecclesie in Apulea*. Cum aliunde dicta debita exsolvi et expediri non possint de bonis mobilibus ipsius Ecclesie: et potius expediat et iuri consonet fructus et redditus prefati Episcopatus pro ipsis debitis attenuandis et expediendis et solvendis distrahere quam possessiones ipsius Ecclesie alienare. Pro pretio *quadringentarum librarum* den. Sen. minut. quos recepimus a te Ildibrandino Domini Tolomei infrascripto et recepisse confitemur. et in dictas causas et necessitates et debita fore conversum. vice et nomine Ecclesie et Episcopatus Vult. suprascripti *vendimus* et *concedimus* tibi Ildibrandino Domini Tolomei Civi Sen. *omnes et singulos fructus* et redditus et proventus *Castri* et *Curtis Mon-*

te

te alcini de Vulterra et donicarium ipsius Episcopatus que sunt in d. Castro et Curte cum vinea et locis adjacentibus. quas tamen facias laborari et excoli. Et Ville de Certaldo cum iurisdictione sua et cum servitiis ipsi Episcopatui debitis. et *signoriam* ipsius Castri et rectoriam et banno et banna et placita et servitia cuiuscumque generis. et afficta et pensiones ad Episcopatum Vulterranum dictum pertinentes et pertinentia. et debita ex quacumque causa. a quibuscumque personis in dicta terra et eius curte. hinc ad festum omnium SS. proximum. et ex tunc ad VII. annos. ut pred. fructus et redditus et proventus et Signoriam et rectoriam et banna et placita et servitia et afficta et pensiones hinc ad totum et per totum dictum tempus. habeas. teneas. possideas. et quasi possideas. exigas et percipias. et utaris et furaris tu et cui predicta concesseris libere et expedite absque nostra vel alicuius contradictione vel lite. Et ex dicta causa cedimus et mandamus tibi et in te transferimus omnia iura et actiones et petitiones et persecutiones competentes et competentia nobis pro dicto Episcopatu et ipsi Episcopatui in dictis fructibus. redditibus. proventibus. Signoriis. affictis et pensionibus. et adversus omnes et singulos supradicta debentes vel aliquos eorum vel ipsorum heredes et bona. de predictis omnibus et singulis et pro eis et te procuratorem in re tua exinde constituimus et facimus et Successorem in locum nostrum et dicti Episcopatus et eius universum asserentes tibi .... pro ipso Episcopatu et ipsius Episcopatus de predictis nullum alii esse datum. cessum. concessum vel aliquo modo alienatum. vel aliquid ex eo. et si appareret. te et tuos heredes indepnes exinde conservare promictimus sub pena dupli eius quod alienatum vel cessum appareret quam nam tibi dare et solvere promictimus si commissa fuerit. et data pena vel commissa predicta servare. Et damus tibi liberam et plenam potestatem apprehendendi

di corporalem possessionem et quasi omnium et singulorum fructuum reddituum. proventuum. affictuum. et pensionum et servitiorum. et iurium et signoria tua auctoritate et ea interim nos pro dicto Episcopatu. et ipsum Episcopatum tuo et tuorum heredum nomine constituimus possidere que omnia et singula supradicta promictimus tibi non tollere. non contendere et non molestare vel impedire seu impediri facere vel aliquod eorum sed ab omni persona et loco ea legitime tibi defendere et expedire usque ad per totum dictum tempus expletum et ipsos reditus et proventus et afficta et pensiones et omnia supradicta tibi percipere et habere licite. et uti frui ut dictum est sub pena dupli pretii supradicti. quam tibi dare promictimus si commissa fuerit et sicut dictum est in singulis non fuerit observatum et ea soluta vel commissa predicta servare in predictis obligamus nos et successores nostros et Episcopatum Vulterranum dictum et ipsius bona tibi et tuis heredibus. Renumptiantes exceptioni non habiti et non numerati pretii et non versi in dictas causas et necessitates et debita conditione indebiti et sine causa et rei sic non geste et clericali privilegio. et omni iurium auxilio. canonico et civili. et fori prescriptioni. Et ego Ildibrandinus. not. infrascriptus dicto Domino Rainerio volenti et confitenti predicta nomine juramenti et guarentisie precepi quod hoc instrumentum observet per singula. et defendat dictas res venditas dicto Ildibran. emptori ut superius continetur. Actum Senis coram Domino Ranerio. Mathei judice. Scotto Rustichelli. Jacobo Uberti. Ranerio Domini Uguccionis. et Domino Ranerio Bianco presentibus et rogatis testibus.

Ego Ildibrandinus q. Ran. not. predictis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi.

Arch. Vescovile.

Digitized by Google

NUM. XLVI.

IN Dei nomine amen . omnibus presentem paginam inspecturis pateat manifeste quod Ven. Pater Dominus Rainerius Dei gratia Vulterranus Electus revocavit expresse preceptum factum per suas licteras et preceptum quodcumque sua auctoritate sit factum per aliquem tacite vel expresse potestati consilio et comuni Monterici ut non dextruerent vel dextrui facerent vel promicterent dextrui domos quasdam Burghi de Monterio quas occasione heretice pravitatis frater Johannes de Oliva et frater Compagnus de Prato Inquisitores super heretica pravitate sententiaverant funditus dextruendas, et preceptum factum dicte Potestati et consilio et comuni dicte terre quod. C. lib. habitas a Rainaldo Boinatii depositas de mandato dictorum fratrum apud Magistrum Bontempum. Bernardum Michaelis. et Bonristorum Pegalosti vel alios de dicta terra nulli facerent vel permicterent dari sine licentia dicti Domini electi. mandans per hoc publ. instrumentum dicte potestati consilio et comuni d. terre et districte precipiendo ut circa dextructionem domorum restitutionem dictarum C. lib. et circa alia que ad exaltationem fidei pertinent ipsis fratribus tamquam ei pareant et intendant. Actum Berignoni coram Domino Henriceo Canonico Venetensi et Domino Gualfredo plebano S. Eleuterii testibus. Anno Domini M.CC.LX. indict. Quarta III. non. Septembr. Ego Ildinus quod Gerardi Sacri Imperii not. predictis interfui et ut superius legitur mandato dicti Domini Electi scripsi et publicavi.

Arch. Vescovile.

NUM. XLVII.

ALEXANDER Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilectis filiis Comitibus Castrorum et locorum subiectorum temporaliter Ecclesie Vulterrane ac ceteris ipsius Ecclesie fidelibus et Vassallis sal. et Apostolicam benedictio-

dictionem. Pre ceterisque nobis in preminentis specula circumspectionis publice imminent attendenda hoc precipue vigilantiam nostram excitat. hoc sollicitat curam nostram ut dominicis gregibus quibus luporum perniciose non desunt insidia, presidia quoque tuta non desint custodia Pastoralis. Sane cum dilectus filius Rainerius tunc electus Vulterranus regimini Vulterr. Ecclesie cedere cupiens cessionem suam a nobis recipi cum instantia postulasset: nos quidem huiusmodi cessione recepta de ipsius Ecclesie ordinatione sollicite ne eam per vacationem diutinam que solet ex eligentium dissensionibus provenire contigeret in spiritualibus vel temporalibus incurrere detrimentum. Sibi de dilecto filio *Alberto* tunc Bononien. Archidiacono consobrino dilecti filii nostri P. Sancte Marie in via lata Diaconi Cardinalis Capellano nostro viro utique probitatis sue mentis nobis et fratribus nostris caro plurimum et accepto de ipsorum fratrum consilio et Apostolice potestatis plenitudine providentes ipsum eidem Ecclesie in Episcopatum proficimus et Pastorem. certam in Domino fiduciam obtinentes quod per eum ipsa Ecclesia spiritualibus institutis et temporalibus proficiet incrementis. Quocirca Universitati vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus eidem A. tamquam Patri et Pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac prestantes ipsi fidelitatis solite iuramentum eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et inviolabiliter observetis. Ita quod ipsum exinde vobis reddatis benivolum et in vestris utilitatibus promptiorem. Alioquin Sententiam quam rite idem spiritualiter et temporaliter tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Dat. Lateran. xij. kalen. Febr. Pontificatus nostri anno septimo 1261.

Arch. Vescovile.

Digitized by Google

NUM. XLVIII.

ANni milleni X. currebant duceni: inde trieni fluebant optuageni:
Iſta domus quando; volentibus legere pando:
Acta in annis: ad honorem baptiſte Johannis:
Cum Proſul erat turbis. Rainerius iſtius Urbis;
Et Sempertinis natus fuit de Ubertinis:
Hoc fieri fecit Gerardus nomine felix:
Sancte opus Dei ſalus noſtra eſt ſancte ſpei:

F.L I S.I I I.A I A.N I P.E I B.A I I.K I M.GV I I.O
I.A I T.A I P.AV I M.AT I

NUM. L.

IN nomine Dom. amen. Anno Dom. MCCLXXXXVIJ. indict. XI. die xxij. Octobris pateat quod Ser Ginus notarius quod Guerrerii Ser Muccius Guilli Bertus Sigiſmundi Tura Pipini Circolus Martini Vannes Maffeuzi Martinus Leonardi et Chinus de Buondelmontis conſtitutarii comunis de Caſulis et reformatores dicti Comunis poteſtatibus et notarius et aliis offitialibus pro anno futuro ſcilicet Kal. Julii ad alias Kal. Januarii proxime tunc venientis electi per dictum comunis ſecundum formam conſtituti ipſius Comunis ſimul coadunati ad eorum offitium exercendum in domo Johannis Tomagini in qua moratur Guccius Mini de Senis volentes ad reformationem intendere dicti comunis de poteſtatibus pro dicto tempore ad honorem et reverentiam Omnipot. Dei et B. Marie Virg. ſue matris. et ad honorem et ſtatum Eccleſiae Vulterranae et totius Epiſcopatus et ad ſtatum proficuum et conſervationem dicti comunis et perſonarum ipſius comunis unanimiter et concorditer nullo

nullo discordante nominando elegerunt et eligendo nominaverunt Ven. Patrem Dominum Rainerium dignissimum Vulterranum Episcopum in *Potestatem* dicti comunis a proximis futuris Kal. Julii ad Kal. Januarii proxime subsequentis *cum Salario* et ad Salarium *ducentarum librarum* den. pis. min. eidem persolvendo a Camerario dicti Comunis cum pecunia ipsius comunis hiis conditionibus in dicta electione appositis et insertis in Capitulo d. comunis contentis videlicet *quod tenetur et debet stare et morari in Castro de Casulis personaliter* et non per interpositam personam et in dicto suo officio *continue die ac nocte XX. diebus cuiuslibet mensis* dictorum VI. Mensium sui regiminis computatis in dictis XX. diebus dies accessus et regressus et si *ultra dictos XX. dies staret vel moraretur stare debeat et morari suis expensis* sine aliquo Salario et si *minus staret* dictis XX. diebus pro unaquaque die qua minus staret illius diei sive dierum *Salarium perdat dictorum XX. solidorum* pro quo Salario suis omnibus sumptibus et expensis rischio et fortuna personarum et equorum et rerum in eundo et redeundo et stando et venire teneatur et debeat ad dictum. Castrum de Casulis duobus diebus ante introitum sui regiminis et ipsa die jurare in consilio dicti comunis ad statutum clausum nullo excepto vel salvo dictum offitium gerere facere et exercere iuxta formam Statutorum et ordinationum dicti comunis quas dies quibus minus steterit debeatur et teneat notarius comunis in libro stantiamentorum dicti comunis scribere nec possit per consilium octo vel adiuntam vel parlamentum vel aliquam aliam hominum congregationem licentia sive parabola dari modo aliquo vel concedi minus standi et si daretur data non valeat nec teneat ullo modo.... inde proposita per ipsum Potestatem vel eius Vicarium sive notarium sive Camerarium comunis sive per aliquam interpositam personam fieri non possit nec debeat et quod nullus consiliarius vel aliqua . . . contra

contra

Digitized by Google

tra hoc capitulum dicere sive consulere debeat vel presumat et quod nullus cum . . . tenere debeat et si quis contra predicta vel aliquid predictorum fecerit puniatur consulens in C. s. den. et quilibet qui cum eo teneret puniatur in s. XL. pro qualibet vice per sindicum comunis predicti et potestam qui dictam propositam faceret perdat de suo salario pro qualibet vice X. libr. den. et eas X. libr. camerarius comunis debeat retinere de suo Salario et quilibet alius istam propositam faciens condemnetur in X. libr. per Sindicum comunis quos Camerarius comunis debeat retinere de suo Salario et quilibet alius istam propositam faciens condemnetur in X. libr. per Sindicum comunis quas Camerarius comunis debeat retinere et sibi non dare et quod si Camerarius dicti comunis istas X. libras et dictum Salarium ut dictum est non retinuerit ad restitutionem dictorum denariorum comuni pred. faciendam condempnetur per sindicum suprascriptum, et quod suprascriptus potestas infra viis dies in introitu sui regiminis teneatur et debeat Camerario comunis recipienti pro comuni dicto quactuor bonos et ydoneos fideiussores dare de hominibus dicti Castri de hoc capitulo per singula suprascripta et infrascripta appareat publicum instrumentum per not. comunis et de stando ad sindicatum per se vel ejus procuratorem secundum formam Statutorum dicti Comunis et quod electionem de se factam ipsa potestas iuxta formam huius Capituli constituti acceptare debeat seu renuntiare ipsa die vel sequenti quando sibi fuerit presentata per Sindicum sive nuptium comunis ad ipsum destinatum de cuius electione acceptatione vel renunptiatione fieri debeat publicum instrumentum per aliquem Not. de Casulis in qua acceptatione presens Capitulum cum forma electionis penitus sit insertum et si dicta electio non fuerit acceptata vel renumptiata ut dictum est ad ipsum Castrum non venerit et non steterit ut dictum est sit ipso iure nulla ita

quod

quod per eam contra ipsum Comune de Casulis ius ipsi electo aliquid minime acquiratur et propterea ipsum Comune ipsi electo aliquid solvere nullatenus teneatur et hoc capitulum totum inseratur in qualibet electione cuiuslibet potestatis non obstante huic Capitulo aliquo alio Capitulo constituti super vel infra posito generali vel speciali et per consilium parlamentum vel aliquem hominum congregationem non possit contra predicta vel aliquid predictorum aliquid ordinari et si ordinaretur non valeat nec teneat ullo modo et sub talibus conditionibus fuit dicta electio celebrata.

Actum Casulis in dicta domo presentibus Bandino Numptio et Dino filio Braccii testibus ad hec.

Ego Rainerius quod S. Jacobi Not. imperiali auctorire ordinar. iudex atque Not. et scriba nunc Id. constitutatiorum pred. electioni interfui et ea scripsi et in publicam formam redegi rogatus.

Arch. Vescovile.

NUM. LII.

BONIFATIUS Episcopus Serv. Servor. Dei. Dilectis filiis . . . Sancti Justi Wlterran. et . . . Cultobono Monasteriorum Abbatibus ac . . . Guardiano fratrum Ordinis Min. de Colle Fesulan. et Wlterran. Dioeces. salutem et Apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Ven. Frater noster . . . Episcopus Wlterr. quod Alexius Rolandi Xpophonus dictus Thophus et Scotia dicti Alexii filii de Tholomeis Civit. Senen. Castrum Monterii Wlterran. Dioc. terras possessiones et res alias ad mensam suam Episcopalem spectantia titulo pignoris detinent obligata licet ex eis perceperint ultra sortem. Ideoque discretioni vestre de utriusque partis procuratorum assensu per Apostolica scripta mandamus quatenus apud *Collem Wlerran.* Dioc. in causa huiusmodi proceden-

Digitized by Google

cedentes si est ita dictos pignorum detentores ut sua sorte contenti pignora ipsa et quidquid ultra sortem perceperunt ex eis restituant Episcopo supradicto per penam in Lateranensi Concilio contra usurarios editam appellatione postposita compellatis. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram Ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Non obstante indulgentia qua fili Guardiane ordini tuo a Sede Apostolica dicitur esse concessum quod fratres ipsius ordinis non teneantur se intromittere de quibuscumque negotiis, que eis per ipsius Sedis Literas committuntur nisi in eis de concessione huiusmodi plena et expressa mentio habeatur. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum nihilominus exequantur Dat. Later. Non. Martii Pontificatus nostri anno nono.

Loco plumbi ✠ deperditi.

Arch. Vescovile.

NUM. LIII.

CLEMENS Episcopus Serv. Servorum Dei. Dilectis filiis Thesaurario Novissimorum et Deo ac Guidoni de Malavoltis Canonicis Senen. Ecclesiarum Sal. et Apostolicam benedictionem Personam Ven. Fratris Nostri *Raineii* Episcopi Vulterr. sincere dilectionis brachiis amplexantes in hiis votis suis libenter annuimus que sibi utilia fore conspicimus opportuna. Cum itaque sicut idem Episcopus nobis significare curavit magnis existat debitorum oneribus pergravatus et propter guerrarum discrimina in illis partibus ingruentium magna cotidie ipsum subire oporteat onera expensarum; Nos volentes propter hoc nec non et consideratione carissimi in Christo filii nostri *Roberti* Sicilie Regis Illustris nobis pro eodem Episcopo *Consiliario* suo in hac parte cum instantia supplicantis gratiam facere specialem suis et

Digitized by Google

et ejusdem Regis supplicationibus inclinati sibi ut *usque triennium extra Episcopatum suum Vulterr.* in loco sibi magis accomodo prout sibi visum fuerit expedire *valeat commorari* et suam Diocesim interim per ydoneos Vicarios facere visitari prout ad suum officium videbitur pertinere, ac procurationes moderatas ratione Visitationis debitas in pecunia numerata a locis recipere visitatis; non obstantibus quibuscumque contrariis constitutionibus super hoc a Sede Apostolica editis seu Ecclesie Vulterrane consuetudinibus vel statutis si sint etiam huiusmodi consuetudines et statuta juramento confirmatione Sedis pred. seu quacumque alia firmitate vallata, auctoritate litterarum nostrarum dicto Episcopo duximus indulgendum. Proviso quod interim in prefata Ecclesia debite laudes Domino decantentur. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios faciatis huiusmodi Vicarios, quos idem Episcopus ad huiusmodi Visitationis .... iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem duxerit deputandos per dictum triennium ad illud recipi et admitti sibique nomine dicti Episcopi procuratione.... postquam huiusmodi visitationis officium duxerint ut predicitur impendendum integraliter exhiberi, non obstante si aliquibus a Sede Apostolica ...... excomunicari aut interdici nequeant vel suspendi per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint.... contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposisa compescenda. Datum apud Malvasanam Vasionen. Dioc. V. idus Octobris Pontificatus nostri anno quarto 1309.

Arch. Vescovile.

NUM. LIV.

IN nomine Domini amen. Anno incarnat. eiusdem 1310. ind. IX. die XXij. mens. Febr. *Fabiolus* condam Johannis de Barignone ante presentiam Ven. Patris et Domini Domini *Raynerii* Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi Vulterrani constitutus S. Gennarium Notar. Marcuccium et Tutum suos filios ibi presentes et hec volentes et petentes a se emancipavit et a sacris sui Patris eos et quamlibet penitus relaxavit nec non a sua manu et patrie nexibus potestatis penitus exemit et dimisit eosdem et quamlibet eorum ita quod sine patrie potestatis obtentu possint ex nunc et quilibet eorum testari agere contrahere ac pacisci et omnia et singula tam in judicio quam extra facere ac liberaliter exercere que quidam paterfamilias et homo sive vir et civis Romanus facere potest. Quibus omnibus sic peractis dictus Ven. Pater et D. D. *Raynerius* Episcopus Vulterr. pro Tribunali sedens auctoritate Imperiali qua fungimur concessa predecessoribus nostris et Ecclesie Vulterrane a Romanis q. Divis Principibus prout in privilegiis aurea bulla bullatis visis et lectis per me Placidum Not. infrascriptum plenius continetur, suam auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Cassaro de Berignone presentibus Presbitero Ugolino Rectore Ecclesie Sancti Michaelis de Berignone et S. Fredi de Casulis Rect. Ecclesie de Ponzano testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Rogiti di Contratti di Ser Placido nell'Arch. Vescovile pag. 33. *e* 48. t.

NUM. LV.

JOHANNES Episcopus Serv. Serv. Dei. Dilecto filio Plebano Plebis de Subiliano Lucane Diocesis in Civit. Pisarum commoranti salut. et Apostolicam benedictio-

etionem. Conquestus est nobis Ven. Frater noster . . . Episcopus Vulterr. quod . . . Capitaneus Consilium Comune et Universitas Civitatis Massan. ad Castrum seu Villam Vecchienne ad mensam suam Episcopalem pertinens armata manu hostiliter accedentes ipsum Castrum incendio concremare et muros ipsius Castri diruere omniaque bona mobilia ipsius Episcopi ibidem inventa secum asportare ausa temerario presumpserunt. Ideo discreptioni tue per Apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerunt nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellàs veritati testimonium perhibere. Dat. Avignoni nonis Nov. Pontificatus nostri anno primo.

Arch. Vescovile.

NUM. LVI.

IN Christi nomine amen. Anno Incarnation. eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo Ind quarta die septimo mensis Novembris. Cum emula juris alieni cupiditas quotidie pariat questiones ne immortales fierent et vitam litigantium superarent provida fuit deliberatione provisum ut certe persone ad iudicatus assumerentur offitiumque aliorum lites iuxta juris ordinem terminarent. Rursum fuit offitium Tabelionatus inventum ut contractus legitime ad cautelam presentium et futurorum memoriam manu publica notarentur. Hinc est quod nos *Raynerius* Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Vulterran. tuis *Nute* fili Bruni Johannis de populo S. Laurentii de Florentia iustis postulationibus annuentes cum ad unum quodque offitiorum judicatus ac etiam notarie te utilem reddideris atque dignum recepta a te pro Romano Imperio cuius vice fungimur in hac

 parte

parte nostraque persona nostrisque Successoribus et nostro Episcopatu fidelitatis solito juramento et faciendi legaliter et fideliter offitia prelibata auctoritate Imperiali qua fungimur concessa nobis et predecessoribus nostris et Ecclesie Vulterrane a Romanis quondam Divis Principibus prout in privilegiis indultis aurea bulla bullatis plenius continetur visis et lectis per Guilielmum nostrum Notarium infrascriptum *Te judicem ordinarium atque Notarium et Tabelionem publicum facimus* ac etiam ordinamus dantes et concedentes tibi auctoritate iam dicta licentiam auctoritatem ac plenam potestatem cognoscendi diffiniendi judicandi et sententiandi et dandi tutores et curatores et mundualdos, emancipandi adoptandi arrogandi manumittendi alimenta decernendi bonorum possessionem dandi restitutionem in integrum faciendi, mulieribus consentiendi; et in hiis et aliis omnibus decretum vel auctoritatem interponendi et etiam in contractibus minorum inalienationibus bonorum suorum et servorum cuiuscumque generis; et fatiendi emptionum et venditionum ac donationum contractus, ceterosque alias attestationes testamenta sive ultimas voluntates acta et scripturas omnes et ea omnia et singula fatiendi ac etiam exercendi que ad iurisdictionem ordinariam litigiosam et contentiosam et Judicatus offitium et artem et offitium Notarie et Tabelionatus pertinent et pertinere noscuntur; Et pro hiis et eorum quolibet cum necesse fuerit ad te libere recurratur. Et te de predictis *cum anulo nostro aureo penna calamario et carta* solepniter investimus. In cujus rei testimonium hoc publicum instrumentum frui jussimus et nostri sigilli munimine roborari.

Actum Florentie in Episcopali Palatio. presentibus Domini Rainucio Domini Baronis de Vulterr. Plebano Plebis de Morba Vulterr. Dioc. presbitero Lotto olim Rindi de Ripamarancia Capellano Majoris Ecclesie Vulterra-

terrane et Laurentio Dinuccij de Catignano dicte Dioc. testibus ad hec. vocatis et rogatis.

Ego Guilielmus filius Malli quod. Magistri Gerardelli de Imola Imperat. auctore Not. et scriba prefati Domini Episcopi predictis omnibus interfui et quod superius legitur de mandato eiusdem Venerabilis patris scripsi et publicavi et predicta Privilegia Divorum Principum aurea bulla bullata vidi et legi.

Arch. Vescovile

NUM. LVIII.

IN nomine Trinitatis aeterne amen. Nos *Rainuccius* Divina et Apostolica gratia Episcopus Vulterranus dilecto in Christo Magistro Galgano q. Magistri Uguccionis Clerico Florent. salutem in Domino Sanctissimus Pater et Dominus Dominus Johannes Sacrosancte ac Universalis Ecclesie Divina disponente clementia Summus Pontifex volens nobis gratiam facere per quam possemus nos aliis reddere gratiosum concedendi Tabelionatus offitium duobus Clericos non coniugatis per suas Literas facultatem nobis concessit sub hac forma. Johannes Episcopus Serv. Servorum Dei Venerabil. fratri Raynuccio Episcopo Vult. salutem et Apostolicam benedictionem Devotionis tue merita promerentur ut personam tuam Apostolico prosequentes favore tibi illam largiamur gratiam per quam te valeas aliis reddere gratiosum hic est quod nos tuis supplicationibus inclinati fraternitati tue concedendi auctoritate nostra Tabelionatus offitium duabus personis Clericis videlicet non coniugatis quas post diligentem examinationem ydoneas esse repereris ad dictum offitium exercendum prius ab eis iuxta formam annotatam presentibus juramento recepto plenam auctoritatem presentem concedimus potestatem. Forma autem juramenti quam quilibet personarum

rum ipsarum prestabit hec est. Ego... Olericus ..... Dioc. juro quod ab hac hora in antea fidelis ero B. Petro et Sancte Romane Ecclesie ac Domino meo Domino Johanni pp. XXII. et successoribus suis canonice intrantibus non ero in consilio vel auxilio consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum vel capiantur mala captione. Consilium quod nunc per se vel licteras aut nuncium manifestabunt ad eorum damnum scienter nemini pandam. Si vero ad meam notitiam aliquod devenire contigerit quod in periculum Romani Pontificis aut Ecclesie Romane vergeret seu grave dapnum illud pro posse impediam et si hoc impedire non possem procurabo bona fide id ad notitiam Domini Pape perferri Papatum Roman. ac regalia S. Petri et jura ipsius Ecclesie spetialiter si qua eadem Ecclesia in Civitate vel terra de quam sum oriundus habeat adjutor ero ad defendendum et rationandum seu recuperandum contra omnes homines. Tabelionatus officium fideliter exercebo. Contractus in quibus exigitur consensus partium fideliter faciam nil addendo vel minuendo sine voluntate partium quod substantiam Contractus immutet. Si vero in confitiendo aliquod instrumentum unius solius partis sit requirenda voluntas hoc ipsum faciam ut scilicet nil addam vel minuam quod immutet facti substantiam contra voluntatem ipsius. In scriptum non confitiam de aliquo Contractu de quo sciam intervenire seu intercedere vim vel fraudem. Contractus in prothocolla reddigam, et postquam in prothocollum redigere malitiose non differam contra voluntatem illorum vel illius quorum est Contractus super eo conficere publico instrumento salvo meo justo et consueto Salario. Sic me Deus adjuvet et hec S. Dei Evangelia: Dat. Avinion. X. kal. maii Pontificatus nostri Anno V. -- Nos igitur volentes tibi gratiam facere specialem tuorum meritorum obtentu quem in eodem offitio industriosum novimus diutius et expertum et non coniugatum tuis instantibus supplicatio-

Digitized by Google

cationibus inclinati te alterum ex dictis duabus personis duximus eligendum Tibi auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte Tabelionatus offitium exercendi plenam concedimus facultatem. de quo quidam officio providum virum Ser Bartholomeum Diotaiuti Not. Vulter. Procuratorem tuum ad hoc constitutum tuo nomine *per penna et calami traditionem* curavimus investire. Recepto ab eo speciale mandatum habente prius in animam tuam corporaliter iuramento sub forma et tenore pro scriptis contentis in prenominatis literis apostolicis corporaliter tactis literis ad S. Dei Evangelia. In quorum omnium testimonium et certitudinem pleniorem predicta scribi et publicari mandavimus per Guillelmum nostrum Not. infrascriptum et nostri Sigilli appensione muniri. Dat. et act. Vult. in Episcopali Palatio present. Ven. Viro Domino Andrea Proposito Casularum et Canonico Vulter. testibus ad hec vocatis et rogatis anno Dominice Incarn. M.CCC.XXI. Ind. V. die XII. Mens. Oct.

Ego Guillielmus filius Nelli q. Magistri Gherardelli de Imola Imperat. auctoritate judex ordin. ac Not. et scriba dicti Ven. Patris Domini Episcopi predictis interfui et quod supra legitur de mand. eiusdem Patris scripsi et publicavi meumque signum apposui consuetum.

Protocoll. di Ser Guglielmo nella Cancelleria Vescovile pag. 23. t. - 27. - 76. t. - 82.

NUM. LVII.

IOHANNES Episcopus Serv. Serv. Dei. Venerabili fratri *Raynuccio* Episcopo Wlterrano salutem et Apostolicam benedictionem. Pridem circa statum Ecclesie Wlterr. tunc Pastoris regimine destitute paterna solicitudine vigilantes ac cogitantes attenctius. quod per tue circumspectionis industriam eadem Wlterrana Ecclesia potterat relevari a noxiis et salutaribus auxiliante

Domi-

Domino proficere incrementis Te quem de honestate morum conversatione laudabili vite mundicia aliisque virtutum mentis fide dignorum testimonia commendarunt ipsi Wlterrane Ecclesie de fratrum nostrorum consilio profecimus in Episcopum et pastorem. Cum autem postmodum per Venerabilem fratrem nostrum Galhardum Archiepiscopum Arleaten. ti *fecimus munus conseorationis* impendi, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus quatenus ad premissam Wlterr. Ecclesiam tue cure commissam cum plenitudine nostre gracie accedens.... fideliter et prudenter iuxta datam a Deo tibi prudentiam regere.... eadem Ecclesia sub tuo ministerio feliciter annuente divina clementia salutaribus proficiat incrementis. Nosque sollicitudinis tue studium dignis valeamus in Domino laudibus commendare. Datum Avinioni viij. Kalend. Marcii Pontificatus nostri anno quinto. 1321.

Loco plumbi ✠ deperditi.

Arch. Vescovile.

NUM. LIX.

IN nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tertio Ind. XII. die nona mens. Februarii tempore SS. Patris et Domini Domini Clementis divina providentia pp. VI. sedens in iuditii solio rectitudo iustitiarum semper circumspicit qui regem in examine veritatis ut ex ore ipsius procedens gladius bisacutus suo aspectu terribili judicantis dissipet arbitrium proprie voluntatis et sine personarum delectu sub iuris regula limitat reproborum noxium appetitum per quod fedus humani generis in tranquillitate consistet et ius suum unicuique equo libramine tribuatur. Nos siquidem Filippus Abbas Monasterii de Podio Bonitii Reverendi Prioris et Domini *Donosdii* Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Sen. Vicar. Generalis ac

eiusdem

eiusdem Ven. Patris et Domini Sen. Episcopi Judicis et executoris dicte Sedis Apostolice Ven. Patri et Domino Domino *Rainuccio* eadem gratia Episcopo Vulterr. super infrascripto negotio et aliis una cum quibusdam aliis collegiis specialiter deputati et delegati prout late patet in literis Apostolicis felic. recordationis dudum Domini Benedicti pp. XII. et SS. Patris et Domini Domini Clementis Divina prov. Sacros. Roman. Universalis Ecclesiae Summi Pontificis et pp. VI. prefato Domino Episcopo et suis collegiis directis Subdelegatus ac commissarius specialis ut de delegatione et commissione in vox facta plene patet publico documento scripto manu Ghini Foresis not. cuius siquidem instrumenti delegationis et commissionis vestre tenor talis est videlicet = In nomine Domini anno ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tertio Ind. XII. die 22. Mens. Jan. Universis et singulis presens instrum. inspecturis pateat evidenter quod Ven. in Christo Pater et DD. Donosdeus Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Senensis judex et execut. deleg. prefate Sedis Venerabili Patri et DD. Rainuccio eadem gratia Episcopo Vulterrano et Ecclesie Vulterrane per dictam Sedem Apostolicam una cum quibusdam aliis collegiis specialiter et in solidum deputatos prout late constat in liter. Apostolicis fel. record. D. Bened. dudum pp. XII. ac etiam SS. Patris DD. Clementis Divina providentia Sacrosancte et universalis Eccl. Rom. Summi Pontificis eidem D. Senen. Episcopo et suis collegiis directis factis ad requisitionem et instantiam prefati Domini Vulterrani et suorum Procurat. per ipsum D. Senen. Episcopum judicem et executorem dicte Sedis auctoritate apostolica nonnullis processibus ac etiam super ejus sententiam *interdicti excommunicationis* promulgatis videlicet contra *D. Octavianum de Belfortibus de Vulterr. et etiam filius et Consortes suus ac eorum fautores complices et sequaces ratione et occasione occupationis Civitatis Vulterrane per eos facta et ratione*

 spolia-

spoliationis prefati Episcopi Vult. et suorum ac Ecclesie Vulterrane prout de processibus et sententiis memoratis et aliis circa prefatum negotium gestis auctoritate predicta per ipsum D. Sen. Episcopum judicem et execut. apostolicum antefatum constat manu mei Ghini Foresis not. infrascripti. Cum pro parte prefati D. Episcopi Vulterrani ac dicti comunis et hominum de Vult. foret eidem Domino Sen. Episcopo supplicatum quatenus jurisdictionem sibi commissum per licteras apostolicas memoratas circa ea que agenda et exercenda circa processus predictos per eum habitos et factos et circas sententias per eum auctoritate apostolica promulgate et circa omnia et singula audienda agnoscenda et capienda examinanda decidenda decernenda ac facienda et exercenda que fuerint opportuna circa dictam jurisdictionem sibi concessam plenarie exercendam intendatur cum aliquas petitiones porrigere velint et super illis procedere quod si ad presens non posset alicui discreto viro de quo ipsi Domino Episcopo placeret dignaretur prefatus ven. frater et D. Donosdeus sepe fatus nequiens ut asseruit pluribus et variis suis et sui Episcopatus negotiis prepeditus circa prefata ad presens intendere confidens de prudentia et bonitate ven. viri Domini Filippi Abbat. Mon. de Podio Bonitio Vicarii sui et preces prefatas audire volens omnem jurisdictionem sibi commissam et circa omnia et singula que ipse Dominus Episcopus Sen. facere et exercere potest et posset prefato Domino Filippo Abb. et Vicario suo per se vel aliam seu alias exercendas et exercenda peragenda exequenda plene commisit et subdelegavit auctoritate prefatarum Literarum Apostolicarum et omni modo via jure quibus melius potuit constituens eum circa prefata omnia que memor. Dominus Episcopus facere et exercere atque exequi potest et posset circa dicte commissionis negotium auctoritate Apostolica sepe dicta totaliter vices suas donec id ad se duxerit revocandum mandans ac volens

Digitized by Google

volens prelibatus Ven. Pater et d. Episcopus Sen. per me Ghinium Foresis not. infrascriptum de predictis omnibus confici publicum Instrum. Acta fuerunt predicta in Rocca de Gavorrano coram nobili milite Domino Deo Domini Orlandi de Malavoltis de Senis presbitero Fatio Rectore Ecclesie S. Eugenie prope Senas Capellano prefati D. Sen. Episcopi tt. ad pred. vocatis adhibit. et rog. presentata quoque nobis et acceptata per nos dicta commissione et subdelegatione in nos ut premittitur facta reverenter et recepta ac visa petitione coram nobis porrecta per discretos viros Ser Ninum Gucci et Ser Johannem Mannini de Vult. Sindacos et procuratores dicti Communis et Universitatis et hominum Civitat. Vulterr. cuius siquidem petitionis tenor talis est. Coram vobis venerabili et religioso Viro domino Filippo Abbate Mon. de Podio bonizi Reverendi in Christo Patris et DD. Donosdei Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi Sen. Vicar. Generali ac ipsius D. Episcopi judicis et executoris dicte Apostolice Sedis Ven. Patri et DD. Rainuccio eadem gratia Episcopo Vulterr. et Ecclesiae Vulterrane per dictam Sedem una cum quibusdam aliis Collegiis specialiter et in solidum deputati pro ut in literis apostolicis eis directis per felic Recor. pp. Benedictum et per SS. Patrem DD. Clementem divina providentia Summum Pontificem late patet subdelegato et Commissario speciali prout de commissione in vos facta constat plene manu Ser Ghini Foresis not Domini Sen: Episcopi memorati comparemus nos Ser Ninus olim Gucci et Ser Joannes olim Mannini de Vulterra Sindaci et procurat. Comunis et Universitatis, ac hominum Civ. Vult. proutde nostro Sindacatu et procuratione constat in publ. instrumento condito manu Ser Andree olim Magistri Bronidini de Vult. sub anno Domini 1343. ind. XII. die 19. mens. Decembris ac etiam procuratores „ nobil. virorum videlicet Domini Actaviani D. Belfor- „ tis Domini Roberti Domini Philippi Belfortis et Bo-

 „ chini

Digitized by Google

„ chini filiorum dicti D. Octaviani Bernardi et musciat-
„ tini filiorum dicti Domini Belfortis Guillielmi olim
„ Domini Belfortis prout costat istrum. manu dicti Ser
Andree sub anno 1343. ind. XII. die 18. Decembr. I-
„ tem procuratorio nomine Franchi olim Dini Pieri filii
dicti Domini Octaviani Rainerii dicti Musciattini et
francisci Domini Rainerii de Belfortis suprad. de Vult.
prout costat manu dicti Ser Andree sub annis Domini
et Indict. predictis et die 26. mens. dec. que siquidem
instrumenta mandatorum nostrorum prafatorum coram
vobis habentibus dictam auctoritatem apostolicam producimus et ipsis instrumentis utimur Sindacatorio et
procuratorio nomine memoratis et omni modo via et
jure quibus melius possumus nominibus antedictis cum
debita reverentia dicimus et exponimus quod prefatus
D. Octavianus ac Domini sui filii et consortes ac complices et fautores eorum dominium et jurisdictionem
dicte Civit. Vulterr. et eius districtus in quo se tirannice per violentiam ingerebant et ingesserunt de quo
dominio et occupatione in prefatis literis apostolicis
continetur dimiserunt et relassaverunt et a dicto dominio et occupatione depositi sunt et dominium prefatum
occupatum deposuerunt.... et castrum Berignonis eiusdem Episcopatus et Ecclesie Vulterr. .... prefati Domini Episcopi Ecclesie Vulterrane quod obsederant in
prefatis apostolicis Literis continetur dimiserunt ac relassaverunt liberum et expeditum ab eorum dominio et
obsidione prefato Domino Episcopo et Ecclesie Vulterrane cum hominibus dicti Castri prout hoc est publicum et notorium et manifestum pro facti evidentia in
Civitatibus Vult. Sen. et in locis circumstantibus et vicinis et etiam quod prefatus ven. pater Dominus *Rainuccius* et sui ac ejecti expulsi et confinati per dictum
Dominum Octavianum et suos de dicta Civitate et districtu Vulterre reducti sunt et fuerunt *jam sunt octo menses et ultra* ad dictam Civit. Vulterr. ad bona sua

et

et etiam quòd prefato Domino Episcopo Vulterrano et Ecçlesie Vult. est satisfactum de dapnis et iniuriis illatis iuxta mandatum apostolicum in prefatis literis apostolicis contentum: quare humiliter petimus et devote supplicamus nominibus antedictis et omni modo via et jure quibus melius possumus coram vobis habentibus iurisdictionem et auctoritatem apostolicam quatenus interdictum per prefatum D. Senen. Episcopum judicem executorem delegatum predictum auctoritate pred. apostolica positum in dictam civitatem populum et districtum Vulterrae de quo constat in processu habitu et in sententiis latis supra dicto negotio per dictum Ven. Episcopum judicem et executorem prefatum de quibus processu et sententiis patet manu Ser Ghini Notar. ad dictum processum deputati benigne tollere et revocare prefatum D. Octavianum filios et consortes excomunicatos et qui excomunicationum sententias dicta auctoritate latas in dictis processibus incurrerit misericorditer absolvere per vos super alium vel alios quibus vobis videbitur placuerit committendum ac eos reddere et reddificare absolutos. Imo cum multi et multi imo cum omnes de dicta Civit. et Comitatu Vult. et aliunde propter dictos processus excomunicati sint et excomunicationis sententias dicta auctoritate promulgatas in processibus memoratis incurrerit quibus si quidem foret difficile et nimium sumptuosum personaliter venire vel procuratores coram vobis et ad vos dirigere ad petendas et optinendas absolutiones ab excomunicationis sententiis quibus sunt obligati continue eisdem supplicamus Sindacario nomine dicti comunis et hominum de Vulterra quatenus absolutiones talium excomunicatorum petentium et absolvi volentium dignemini committere qui dictum Comune et homines de Vulterris et eius districtus secundum formam et ritum Ecclesie auctoritate vestra supradicta possit absolvere a sententiis et excomunicationibus supradictis et eis imponere penitentias salutares et

omnia

Digitized by Google

omnia et singula circa pred. peragere et plenarie exercere que ad eorum expeditionem fuerint et occurrerent opportuna cui tali Commissario vestro per vos constituendo dignemini circa predictas absolutiones impendendas a dictis excomunicationibus et circa omnia peragenda et exercenda circa prefata committere auctoritate prefata totaliter vices vestras ut per hoc ad concordiam et statum pacificum dicte Civitatis reducatur et provideatur saluti animarum omnium pred. excomunicatorum visa etiam conparitione et responsione coram nobis facta per Martinum Incontrini procuratorem et Sindacum prefati Ven. Patris DD. Rainucci Dei gratia Episcopi Vult. ac etiam procuratorem fratrum et nepotum ac consortum memorati Domini Episcopi Vulterrani cuius quidem comparitionis et responsionis tenor talis est videlicet – coram vobis Vener. et Religioso viro Domino Filippo Abbate Mon. de Podio Bonizi Reverendi in Christo Patris et DD. Donosdei Dei gratia Episcopi Sen. Vic. Generali ac eiusdem Domini Episcopi judicis et executoris Sedis apostolice prefati super subscripto et infrascripto negotio per dictam Apostolicam Sedem specialiter delegati subdelegato et commissario speciali. Ego Martinus Incontrini de Montalcino Episcopatus Vulterr. procurator et Sindicus Ven. Patris DD. Raynuccii eadem gratia Episcopi Vulterrani ad infrascripta et alia specialiter constitutus et ordinatus a prefato Ven. Patre DD. Episcopo Vulterr. prout de huiusmodi procuratione et mandato meo plene constat in publico instrumento condito manu Ser Actaviani olim Ser Chelini not. de Vult. quod in causa dicte procurationis et mandati mei coram vobis produco et eo nitor publicato sub Anno Domini 1343. ind. XII. die 3 mens. Jan. procurat. et Sindic. nomine dicti Domini Episcopi omni modo via et jure quibus melius possum compareo ad citationem et requisitionem de me procuratore predicto factam pro parte nostra ad instantiam et

peti-

petitionem dictorum Ser Nini et Ser Joannis Sindicorum et procuratorum dictorum Comunis Universitatis et hominum Civit. Vult. et intellecta petitione per dictum Sindicum et procuratorem coram vobis dicto nomine porrecta mihi de verbo ad verbum lecta et mihi exposita diligenter respondendo dicte petitioni nomine antedicto dico et respondeo vera esse exposita et narrata in dicta petitione per dictos Sindicos et procuratores porrecta et exhibita coram vobis videlicet quod Dominus *Actavianus quondam Domini Belfortis de Belfortibus Vult. et sui filii et consortes et fautores eorum* in processu predicto auctoritate apostolica contra eos facto nominatim deposuerunt dominium jurisdictionem occupationem ac detentionem dicte Civit. et eius districtus Vulterrani in quod dominium se ingesserant violenter et quod dominium pred. predicta Civitas Vulterr. et eius districtas per eos per violentiam occupatum dimiserunt et relassaverunt ac seposuerunt et quod etiam castrum Berignonis dicti Episcopatus et Ecclesie Vulterrane quod Castrum in obsidione tenebant dimiserunt et relassaverunt liberum et expeditum ab omni exercitu et obsidione prefata Domino Episcopo et Ecclesie Vulterrane iuxta mandatum contentum in processu pred. ac iuxta mandatum apostolicum in literis apostolicis contentum et etiam dico confiteor et recognosco dicto nomine coram vobis quod prefatus Ven. Pater Rainuccius Vulterranus et sui et ejecti confinati et expulsi de dicta Civit. et eius districtus reducti sunt et redierunt ad dictam Civit Vult. et eius districtum ad bona sua iuxta mandatum auctoritate dicte Sedis in processu factum et etiam dico confiteor et recognosco quod memorato Episcopo Vulterrano est satisfactum de damnis et iniuriis illatis secundum mandatum prefatum. „ Item etiam „ ex habundanti et ad plenam fidem et certitudinem „ vobis fiendam procuratorio nomine nobil. virorum videlicet Rainerii q. Domini Baronis fratris Germani

„ dicti

„ dicti Ven. Patris Domini Episcopi Vult. et Miche-
„ lozzi olim Nucci patrui dicti Domini Vulterrani et
„ Martini filii dicti Michelozzi et Domini Baronis et
„ Mathei et Johannis filiorum olim Jacobi q. Domini
„ Michaelis Binduzzi, et Allegretti et Justi filiorum Do-
„ mini Johannis q. dicti Domini Baronis prout de procuratione et mandato predictorum de me facta constat in public. instrument. publicat. manu dicti Actaviani olim Chelini sub anno Domini 1343. ind. XII. die 3. mens. Jan. dico expono confiteor et recognosco vobis et ad hoc compareo coram vobis procuratorio nomine prefatorum quod supradictis Rainerio Michelazio et aliis nominatis consortibus dicti Domini Episc. Vulterrani est integre satisfactum de dapnis eis datis ac iniuriis et actionibus illatis et quod ipsi et quilibet eorum reducti sunt in ipsam Civit. Vult. ad bona sua secundum formam literarum apostolicarum et iuxta mandatum factum auctoritate apostolica supradicta per Dominum Sen. Episcopum iudicem et apostolicum executorem quare nomine antedicto omni modo via et iure quibus melius possum expresse consentio ac etiam peto quod interdictum per dictum Dominum Episcopum Sen. dicta auctoritate apostolica positum in dictam Civit. et districtum Vulterranum de quo interdicto constat in dicto processu et sententia per eum dicta auctoritate lata relassetis tollatis et revocetis et quod prefatos D. Actavianum filios et Consortes ac eorum complices et fautores et omnes alios de dicta Civitate et districtu Vult. et aliunde excommunicatos et qui excommunicationis sententias per dictum D. Senensem Episcopum promulgatas in dictis tuis processibus incurrerent seu incurrissent per vos vel per alios seu alium seu alios vestros commissarios constituendos absolvatis ac reddatis misericorditer absolutos juxta tenorem dicte petitionis Sindacati et procuratoris Communis Universitatis et hominum dicte Civitatis Vult. ac etiam procuratoris prefati D. Actaviani filiorum et consortium

sortium

sium exhibere coram vobis ad perenne tranquillitatem et bonum statum dicte Civ. Vult. et civium eius. Insuper Ser Ninus Guccii not. de Vult. Sindacus et procurator capituli canonicorum et ipsorum canonicorum et Capituli Majoris Ecclesie Vulterrane ad hec expresse constitutus prout de hujusmodi suo Sindacatu et mandato constat. in publ. instrum. manu Andree olim Magistri Brandini not. sub anno Domini 1343. Ind. XII. die 18. mens. Decembris quod produxit predicte petitioni porrecta per dictos Sindicos et procuratores Communis et hominum de Vult. ac etiam pred. responsioni facte per dictum Martinum procuratorem prefati Domini Episcopi Vulterrani et his omnibus et singulis petitis et responsis presens Sindicario nomine dictorum Canonicorum et Capituli Vulterrani dicens et affirmans prefato Domino Episcopo et Vulterrane Ecclesie esse satisfactum de dapnis et iniuriis prefato Domino illatis predictis omnibus expresse consensit confitens et recognoscens in omnibus prout supra fecit Martinus Sindicus supradictus. Visa insuper comparitione facta per Ser Ninum Guccii de Vult. Sindicum et procuratorem Apostoli Canonicorum Major. Ecclesie Vult. Sindicatorio nomine pro pred. Capitulo et canonicis de qua comparitione et dicti Sindici consensu supra constat. Visis utique instrumentis publ. in quibus constat restitutiones Castrorum et terrarum et jurisdictionem Episcopatus et Ecclesie Vulterrane et bonorum suorum fore factas prefato Domino Episcopo et Episcopatu et Ecclesie Vulterrane que erant et fuerunt per violentiam occupata coram nos et productis per Sindicos memoratos nominibus antedictis et cum constat nobis predicta omnia et singula exposita et narrata per dictos Sindicos et priores dicti comunis et hominum ac universitatis Civitatis Vulterrae ac etiam per curatores dicti Dom. Actaviani filiorum et consortium esse vera videlicet per spontaneam confessionem affirmationem et responsionem dicti Martini Incontrini

 prio-

prioris psefati Dom. Episcopi Uulterrani ac etiam suorum ac siquidem per confessionem et affirmationem dicti Ser Nini Guccii Sindici dictorum Canonicorum et Capituli Ecclesie Vulterrane de quibus omnibus et singulis supra constat et plene patet ac etiam per fidem dictorum instrumentorum de dictis restitutionibus castrorum terrarum et jurisdictionem dicti Episcopatus et et Eccl. Vult. factis prefati D. Episcopo Episcopatui et Eccl. Vulterrane. Habita quoque supra prefatis omnibus et singulis examinatione et deliberatione mature prout docuit ✠ Christi nomine iuvocato ad parem dictarum partium bonum et tranquillum statum dicte Civitatis et Ecclesie Vulterrane et eius Universitatis ex auctoritate apostolica sepedicta et dicte commissionis in nos facta per pref. Ven. Patrem et DD. Sen. Episcopum Judicem et execut. apostolicum memoratum et omni modo via et jure quibus melius possumus sedentes pro Tribunali seu in Episcopatu Palatio presentibus et petentibus dictis Sindacis et Prioribus memoratis Christo nomine antedicto definitivam sententiam super dicto negotio auctoritate prefata damus et profecimus in his scriptis videlicet. quia dictum interdittum per memoratum D. Sen. Episcopum dicta auctoritate apostolica positum in Civitate districtu ac populis Vulterre eiusque districtu tenore presentium declaramus et decernimus tollendum . . . . omni modo via et iura quibus melius possumus auctoritate prefata cum modis et conditionibus infrascriptis . Et cum facilitas venie occasionem tribuat delinquendi et propterea rationis sit consonum ut delinquentibus salutaris pena iniungatur quam siquidem iniungere volumus licet bene considerantes pacem et concordiam consecutam nam in tempore dictorum processnum habitorum contra dictos Vulterranos aliqui de dicta Civit. et eius districtu iverunt et se transtulerunt ad territorium terre de Gavorrano et ibidem furati fuerunt et predati videlicet in Anno Domini

„ mini 1342. de mense iulii quatuor boves et septem „ Jovenchos et duas Vacchas grossas cum duobus vi- „ tellis et unum manzettum existimati in totum LX. florenos de auro que siquidem bestie bovine erant Riccii Bernardi de Gavorrano predicto et dictas bestias reduxerant ad dict. Civit. Vult. et ibidem fuerant receptate et contractate scienter fraudolenter et dolose et cum dictus Riccius iret ad dictam Civit. Vulterr. interdictam pro recuperandis bestiis antedictis furto oblatis et ibidem receptatis et deinde reperisset et eas sibi reddi et restitui peteret credens ibidem iustitiam invenire et tunc regentibus dictam Civit. a quibus siquidem regentibus fuit sibi responsum quod de dictis bestiis sibi iustitiam non servaret propter quod dictus Riccius cum familia sua in pauperiem et egestatem devenit cum quasi nihil haberet ultra bestias supradictas propter quarum bestiarum perditionem familia sua compellitur mendicare prout est in partibus manifestum et notorium evidenter perfacti evidentiam. Cumque pro delicto rectorum residentium ac regentium in loco Universitatis et populus loci gravetur ac etiam puniatur volentes super iis egestati et indepnitati dictorum Riccii et eredum eius propter dictam causam et quia justitiam non invenerunt sed denegata est eis dicta iustitia salubriter providere addicimus in primis ac iniungimus per penitentiam et loco penitentie super negotio memorato comuni et Universitati et populo Vulterrano ac districta auctoritate dicte commissionis in nos facte et omni modo via et jure quibus melius possumus quod dicta Universitas Vult. et ejus populus antedictus et eamdem Civit. et populum regentes et eidem Universitati et populo presidentes et quilibet de dicta Civit. et districtu qui esset culpabilis de predictis teneatur et debeat infra Kal. mens. Aprilis proxime accessuri quem terminum dictis Sindacis et procuratoribus ibidem presentibus et intelligentibus pro primo secundo et tertio termino perentorio

Digitized by Google

eis presentibus assignamss sic providere facere et curare cum effectu & sic faciant provideant & curent omni exceptione remota loco penitentie quam dicto Comuni Universitati ac populo ac regentibus tenore presentium imponimus quod dicto Ricci si vitam ducit in humanis seu heredibus suis dicte bestie si extant restituantur vel si non extant debeant solvere dicto Riccio vel eredibus suis LX. florenos de auro recti ponderis ita quod pred. Riccius si vivit vel sui eredes de predictis bestils vel earum extimatione 60. florenos auri pref. pro dictis bestiis emendis in prefatum terminum sint contenti et se contentos dicant alioquin si pred. omnia et singula que per penitentiam et loco penitentie eis iniunximus non adimpleverint in terminnm memoratum ex nunc prout ex tunc finito dicto termino assignato in interdicti prefati sententiam firmiter recidant ac pro relaxis in dictum primiorum interdictum habeantur. Quam interdicti sententiam ex nunc prout ex tunc hac canonica monitione premissa sedentes ut supra prefecimus in his scriptis et singularis persona culpabilis de predictis absolvi non possit ab excomunicationibns supra dictis nisi pred. omnia fuerint adimpleta. Et ex nunc prout ex tunc tenore presentium reducimus et relaxatam et reductam in interdicti prefati sententiam, et sic relaxatam et reductam mandamus publice nuntiari et insuper et nunc prout ex tunc completo dicto termino universo Clero Vulterrano exempto et non exempto presentibus districte sub excomunicationis pena in personas eorum et interdicti in Ecclesias et monasteria eorum precipientes quatenus debeant interdictum prefatum resumere sicut prius et illud inviolabilitet observare nisi aliud a nobis receperint in mandatis et sic mandamus auctoritate prefata ac volumus firmiter observari ab universo Clero sub excomunicatione in personas interdicti in Ecclesias et monasteria eorum penis quas siquidem excomunicationis et interdicti Sententias ex nunc prout ex tunc

pred.

pred. canonica admonitione premissa si predicta que mandamus non servarent in contra facientes solentes ut supra profecimus in his scriptis prefatum quoque interdictum in dictam Civit. Vult. et eius districtum Universitatem et populum ut premittitur generaliter positum et promulgatum quod siquidem etiam interdictum comprehendit & ligat terras universitas et populos de Ripamarancia & de Monte Cerboli & de Senazzano et de Leccia et de Sasso et de Monte Castello de districtu & Episcopatu Vulterrano predicto quantum ad dictas terras universitates et populos dictarum terrarum pertineat cum hac conditione modo in antea revocamus tollimus et relaxamus in dictis terris scilicet sic & in quantum & aliter non dicte terre et universitates & qualibet earum infra unius mensis spatium ab hodie in antea computandum faciant et prestent ac promittent solepniter conditis instrumentis prefato Domino Rainuccio Episcopo Vulterrano pro se et dicto suo Episcopatu recipienti vel alio seu aliis pro ipso et dicto Episcopatu recip. plenam fidelem & puram obedientiam pro iuribus & jurisdictione quam in ipsis terris & in earum nomine & personas habet prefatus Dominus Episcopus & ejus Episcopatus & Eccl. Vulterr. de quibus & pro quibus iuribus eius prefatus Dominus Episcopus et Episcopatus eius & Eccl. Vult. de quibus & pro quibus iuribus eius prefatus Dominus Rainuccius pro se & Episcopatu suo prefato investitus & in corporalem possessionem missus prout constat in publicis docum. publ. manu S. . . . . olim Chelini Not. Ser Andree Mag. Brandini not. de Vult. seu alterius not. seu aliorum notariorum coram nobis productis alioquin si dictam obedientiam & promissionem non faciant in terminum memoratum Domino Episcopo vel alteri seu aliis pro eo et dicto suo Episcopatu recipienti pure & fideliter et nunc prout ex tunc completo dicto termino dictas terras universitates & populos ac illas seu illam ex eis que dictam obedientiam

tiam non fecerit nec prestiterit in dicti interdicti sententiam recidat & relabatur et ex nunc prout ex tunc pro relaxis et relaxatis habemus et haberi decernimus & declaramus & eos in easdem sententias auctoritate prefata reducimus & relaxamus ac terram seu terras illam vel illas de prefatis que predicta intra dictum terminum non adimpleverit iu quam seu quas non adimplentes predicta ex nunc prout ex tunc hac canonica monitione premissa sedentes ut supra interdicti sententiam ferimus in his scriptis. Mandamus insuper sententias suprad. publ. nuntiari et etiam ex nunc prout & tunc universitatis & singulis prolatis & ecclesiarum rectoribus eorumque capellanis et locotenentibus dictarum terrarum supra expressarum presentium tenore dicta auctoritate mandamus quatenus in dictis terris vel in eis seu aliquis dictam obedientiam non prestaret in terminum supradictum elapso dicto termino debeant interdictum prefatum ut prius inviolabiliter resumere & observare ibidem donec a nobis aliud receperitis in mandatis sub pena interdicti in eorum Ecclesiis & excommuniis in personis. Sic mandamus & volumus auctoritate prefata per dictos prelatos & rectores ac eorum capellanos inviolabiliter observare quas siquidem sententias interdicti & excommunis contrafecerint pred. canonica monitione premissa sedentes pro tribunali ut supra ex nunc prout ex tunc auctoritate pred. in eos & dictas eorum Ecclesias profecimus in his scriptis decernentes insuper ac etiam declarantes prefatos D. Actavianum filios & consortes complices et fautores eorum excomunicatos in specie & nominatim ac etiam omnes et singulos alios excomunicatos in genere & qui excomunicationum sententias per memor. Dominum Sen. Episcopum Judicem & executorem dicte Sedis dicta auctoritate Apostolica latas in processibus per cum habitis super dicto negotio incurrerunt vel incurrissent de dicta Civit. & comitatu Vult. vel aliunde ob dictos processus ab

ipsis

ipsis excomunicationibus & Sententiis excomunicatum absolvendos fore imposita eis pro modo culpe penitentia valutari. per vos seu alium seu alios prout supra dictis absolutionibus impendendis ne super prefatis omnibus duxerimus providendum ac etiam committendum. Mandamus auctoritate prefata tenore presentium prefato Domino Actaviano filiis et consortibus ac complicibus eorum licet absentibus tamquam presentibus secundum tenorem & continentiam dictarum literarum Apostolicarum ac etiam suprascriptis nominatis Sindacis & procuratoribus dicti Com. Universitatis & hominum Civit. Vult. & procuratori dicti Domini Actaviani filiorum & consortium ibidem presentibus & advertentibus sub excom. pena in personas & interdicto in dictam Civit. & districtum Vult. in qua ex nunc prout ex tunc si contrafaciant quod absit eos incurrere volumus ipso facto & quas ex nunc prout ex tunc sedens ut supra in eos profecimus in his scriptis quatenus dictam Ecclesiam & Episcopum Vult. res iura iurisdictiones territoria possessiones et bona dicti Episcopatus & Eccl. Vult. per se vel alium seu alios de cetero non molestent sed abstineant in posterum ab iniuriis & molestiis supradictis ac „ sinant omnino prefatum D. Episcopum et Episcopa- „ tum ac Ecclesiam Vult. Castrum de Berignone predi- „ ctum Castrum de Montealcino & etiam alias terras „ videlicet terram de Ripamarancie de Monte Cerboli „ de Senazzano & de Lecia & de Saxo & de Monte „ Castello iurisdictiones res possessiones & omnia & „ singula bona dicti Episcopatus & Ecclesie Vulterrane „ dicto Domino Episcopo & Episcopatui et Ecclesie vel „ alii seu aliis pro dicto Domino Episcopo & Episcopatu & Ecclesia Vulterrana noviter restituta de quibus restitutionibus et . . . . de dictis sex terris traditionibus plene constat in publicis documentis & etiam quecumque alia bona iura iurisdictiones et possessiones dicti Episcopatus ac Ecclesie Vult. qua etiam habebat & possi-

possidebat anno Domini 1340. de mens. Aug. libera plene integre & pacifice habere tenere gaudere & possidere in perpetuum possit sine eorum & dicti comunis Vult. impedimento molestia gravamina vel offensa alioquin si contrafecerint in easdem excomunicationis & interdicti sententias relabantur quas ex nunc prout ex tunc hac canonica monitione premissa Sedentes ut supra in eos proferimus in his scriptis. Non intendentes per predicta vel alia in aliquo preiudicare vel preiudicium generare memorato D. Episcopo vel Episcopatui Vult. in presentibus affictibus censibus fodris vel in aliis quibuscumque debitis prefato Domino Episcopo seu Episcopatui aut Eccl. Vult. a quibuscumque personis que de iure tenerentur et deberent dicto Episcopatui vel Episcopo seu Ecclesie Vulterrane aliquid solvere vel dare pro pensionibus affictibus censibus foderis vel aliis quibuscemque de causis que omnia et singula prefato D. Episcopo & Episcopatui ac Vult. Ecclesie tenore presentium salva reservamus ne ea pro libito petere exigere et repetere possint & in predictis & pro predictis libere iure suo contra debitores predicta seu . . . . insuper non intendimus nec volumus per presens decretum & declarationem per nos factam seu per aliquid prefatorum predicte auctoritati & jurisdictioni prefato D. Sen. Episcopo adtribuere per dictam Apostolicam Sedem sepedicto negotio & super aliis dicto D. Episcopo Sen. per dictam Sedem commissis & circa quascumque res immobiles vel mobiles de quibus appareret in posterum quod non esset restitutio facta dicto D. Episcopo & Episcopatui Vulterrano . . . . . dicta Civit. Vulterr. secundum formam dictarum Literarum Apostolicarum quomodolibet preiudicare vel in aliquo derogare vel iurisdicrionem & auctoritatem Apostolicam dicto D. Sen. Episcopo commissam per dictam Sedem in aliquo diminuere quin eam in premissis & aliis semper . . . . . in omnibus casibus opportunis ad defensionem et tuitionem nominati

Epi-

* [illegible] seguito a p. 209 posta per errore alla [illegible] del Tomo secondo.
– [illegible] non è Completo.

Digitized by Google

NB. Per sbaglio Tipografico notasi in questo foglio ciò che doveva stamparsi avanti al principio del primo paragrafo nella pag. 32. del Libro presente.

pag. 32. *vers.* 9... come può osservarsi nell'Appendice sotto N. IX. della Parte I.

Fino all'Anno 982. si ha riscontro della Vita di questo Vescovo derivante da diversi atti che si trovano o fatti da Lui, o che in essi vi è nominato, l'ultimo dei quali da me veduto, che corrisponde a detto Anno 982. è la locazione d'una Casa per 12. dan. d'argento fatta da detto Vescovo a Domenico Preta figlio d'Ildizo, della quale esiste la Cartapecora del dì 11. Settembre nell'Archivio Vescovile (1).

Frà gli atti da me come sopra osservati di questo Vescovo, che nella maggior parte riguardano concessioni Livellarie uno ve n'è che contiene una vasta donazione di varj Terreni fatta ai Canonici della Chiesa Volterrana nell'Anno 974. riportato del Muratori (2); e nell'Anno 979. riscontrasi una locazione fatta dallo stesso Vescovo di tutti i Beni che la Mensa godeva nella Chiesa Battesimale di Treschi, esistente la Carta nell'Archivio Capitolare.

L'Archivio Vescovile ci somministra la memoria del Successore di *Pietro* nella Persona di BENEDETTO, il primo atto del quale è dell'Anno 984. per mezzo di cui concede a Livello ne'9.

---

(1) *regnante Domino Nostro Otto Dei gratia Imp. Aug. Otton. Imp. bon. mem. filio Anno Imp. ejus Deo propitio in Italia Sextodecimo tutio id. Septembr.*

(2) Antichit. Ital. Dissert. XII. pag. 382. Ediz. Aret.

NB: Questa pag. e ciò che segue va collocata alla fine del Tomo secondo

Dicembre a Pietro figlio d'Alparto quattro Case *in loco et finibus prope Villa de Alliano* per canone di dan. 48. d'argento (1), e fino all'Anno 987 trovansi di questo Vescovo simili atti Livellarj, riscontrandosi quindi nell'Anno stesso 987. esserli succeduto PIETRO IV. di cui si trovano gli atti fino all'Anno 996. (2) poichè nell'Anno 997. se ne osserva il primo di BENEDETTO II, il quale è nominato in un Contratto di Livello (3) di diversi Beni della mensa rilasciati a Eriberto (4) qui Villo vocatur, e ad altri fratelli *barbas et nepotes* per canone annuo di 12. dan. d'argento; e fino all'Anno 1015, in cui continuò nel Vescovado si leggono diversi altri atti Livellarj; e in detto Anno 1015 vi è un Diploma di Arrigo II. (5) Imperadore diretto a questo Vescovo, conforme si leggerà in appresso.

siegue a pag 33 L'immediato Successore di *Benedetto* è GUNFREDO.

---

(1) regnante Domino Nostro Otto gloriosissimo tertius Imp. Aug. Anno Imp. ejus Deo propitio in Ital. 2. 5. id. Decemb. Indiz. XII. *Arch. Vesc.* i documenti dell'Anno 985. vedansi nell Ammirat. de' Vescovi pag. 77. 987. *Benedetto* Vesc. dà a Livello a Giovanni detto Bronduzzo figlio d'Orso (regnante Domino Nostro Otto III. anno Imper. V. 14 Kal. maj. Ind. XV.) una Tenuta posta in Guminano in luogo detto Petrenzano per Can. di 12. dan. d'argento. *Arch. sudd.*

(2) regnante Domino nostro Otto Imp. Aug. Ottonis b. m. filio anno Imp. ejus in Ital. Deo propitio 14. mense mad. Indiz. IX. *Pietro* Vescovo dà a divello a Andrea di Ghiselberto una Tenuta con Casa in l. d. Bocagnano per can. di dan 8. di argento. *Arch. Vsc.*

(3) regnante Dom. Nostro Otto Dei gratia III. Imp. Aug. ann. Imp. ejus Deo propitio in Ital. 2. X. kal. Jun. Ind. X. *Arch. d.*

(4) Espressioni della Cartapecora.

(5) Sanctus et dictus Claudus. *Lami Chron. Imp. pag.* 5. *Delic. Erud.*

1184442 A

INDICE
DELLE COSE NOTABILI.

A

Abbazià dignità nella Cattedrale di Volterra pag. 94.
Adalberto Marchese di Toscana
Sua liberalità verso la Chiesa Volterrana. 111 e seg.
Adelardo Vescovo di Volterra 30
Adimari Vescovo di Volterra vedi Ruberto I.
Agli Vescovo di Volterra vedi Antonio II.
S. Agnese - Monastero di - vedi S. Chiara sua fondazione 166
Agostiniani in Volterra 160
Alamanni Luca Vesc. di Volterra 91
Suo Siodo seg.
Alberto Vescovo di Volterra vedi Scolari
Albizi - Orazio degli - Vescovo di Volterra 95
Suoi Sinodi ivi
Alboioo Vesc. di Volterra 29 111 e seg.
Alchi Autore del primo Tempio de' SS. Giusto e Clemente in Volterra 17 153
Aldimaro Vescovo di Volterra 42
Aldobrandeschi Vescovo di Volterra vedi Pietro IV.
S. Alessandro Papa - antichità di sua Chiesa in Volterra 156
Sue Reliquie in Volt. 193.
Alessandro III. Papa - Suo Breve alla Chiesa Volterrana 111
Alessandro I. II. Vescovo di Volterra vedi Strozzi e Galletti
Aliotti Vescovo di Volterra vedi Lodovico I.
Alliata Vescovo di Volterra vedi Ranieri IV.
Americo Vescovo di Volterra vedi Corti.
S. Andrea Apostolo sua Chiesa in Volterra vedi Postierla.
Andrea I. II. Vesc. Volt. 18 27. 29 103. e seg.
S. Angelo - vedi S. Michele
Antinori Vescovo di Volterra vedi Lodovico II.
Antonio I. Cipolloni II. degli Agli Vesc Volt' 75 83
Arrighi Pittore Volt. Sue opere in Volterra 202 205
Arrigo II. III. Impp. Loro beneficenze verso la Chiesa Volterrana 106. e seg.
SS. Attinia e Greciniana Volterr. Loro Corpi e Reliquie 2. 191. 193

B

Baccio di Federigo - Suo Spedale in Volt. 173
vedi Spedali
Balco - Torre del - a Montevoltrajo 146
Balducci e Barducci Gio. Pittore sue opere in Volterra 199. 203.
Bartoli - Taddeo - Pittore Saoese sue opere in Volt. 202 207 e seg. e Cap. III.
Basilica in Volt. e prima Chiesa 4 e seg.

Battistero di Volterra vedi Pieve s. Giovanni.
Belforti - Filippo - Vesc. di Volterra 68 121 124 173.
Suo Sinodo 70 109 136 141 152 172
vedi anche Ranieri III.
Benedetto I. Vescovo Volt. 32
II. Nerli 89 172
Benvenuti - Gio. da Siena Pitt. sue opere in Volt. 106
Berignone - Sua Zecca de' Vesc. Volterrani 118
S. Bernardino da Siena Predicatore in Volt. 189
Suo dono à Volterrà vedi nome di Gesù.
Bernardo Vesc. di Volt. vedi Inghirami.
S. Biagio - Rocca - Giurisdiz. de' Vesc. Volt. 111
vedi Vescovi
Bibbona - Diogesi di Volterra giurisdizione de' medesimi,
Vedi lo stesso.
Bonoiso - Vesc. supp. di Volt. 10 e 37
Bosone - Vesc. di Volt. 31
Brini - Francesco Pitt. Fior. sua opera in Volterra 102
Buaria - Valle - vedi Valle-buona.
B. Buonamico Buonamici Volt. suo Corpo vedilo in s. Francesco.
Buonamici - Luigi - Vesc. di Volt. 100
Buonamici in Volt. 85

C

Cagli - Lucio da - Vesc. di Volterra. 73
Camaldolensi in Volterra 157
Loro Badia data in Commenda. ivi e seg.
Privilegio del Loro Abate d'investire i Vescovi di Volterra 15
Vedi S. Salvatore.
S. Candido mart. - sue Reliquie 188
Canonici - Epoca di loro polizia e vita comune 127
Canonici di Volterra Loro dignità e Privilegj 126
Loro epoca e vera denominazione seg.
Loro numero nei primi tempi e ne' susseguenti 119 e seg
Loro vita comune 131. e seg.
Epoca delle Loro Prebende. 134
Loro Costituzioni e Regole. seg.
Loro abito Corale in diversi tempi ivi e seg.
Loro diritto di azione 138
Capitolo della Cattedrale di Volterra sua antichità. 8
Epoca di sua fondazione seg.
Sue dignità nei primi tempi 130
Si elegge i primi Vescovi 10 52 57 64 e 71
Quando cessò di ciò fare 11 e seg.
Suo diritto di Decima su Montieri, e sue miniere sul Territorio Volterrano 118 e 130
Suo diritto di collazione 138
Cura d'anime a Lui annessa. ivi
Donazione a Esso fatta da varj Vescovi 32 39
Cappellani della Cattedrale di Volterra 139
Epoca della Loro Congregazione e Loro Costituzioni 141 e seg.
Cappuccini in Volterra 163 e seg.
Capriani - Francesco da Volterra 105
Carisio - Badia de' Benedettini - Limite antico della Diocesi Volterrana 123
SS. Carissimo - vedi SS. Dolcissimo ec.

Digitized by Google

Carlo Magno e Impp. Loro largi-
Carlo IV. tà verso la Chiesa Volterrana. 109
Carlo Filippo Vescovo di Volterra vedi Sfondrati
S. Casciano in Padule - vedi Collegiate
Casole - Diocesi e Giurisdizione de' Vescovi Volterrani 111
Sua Zecca de' medesimi 114
Sua Collegiata - vedi Collegiate
Casole - Ranieri di - Arciv. di Cagliari - nota 151
Castel Nuovo di Val d'Elsa - vedi Collegiate.
Cattedrale di Prato 95
Cattedrale di Volterra
Epoca di sua fondazione 4
E di sua Consacrazione 7 e 40
Sue Sacre Reliquie 184 e segg.
Suo Organo da chi fatto - nota 185
Sua restaurazione e ornato 195
Sua deserizione ivi e seg.
Cavalcanti - Vescovo di Volt. vedi Ruberto II.
Cecina - Filippo Niccolò Vescovo Coadiutore di Volt. 99
Cenni Pittore creduto Cennino da Colle sue opere in Volt. 204
S. Centerlo - sue Reliquie in Volt. 93
Ceri offerti ogni anno ne' passati tempi a S. Giusto in Volt. 155
Errori popolari su questo ivi e seg.
S. Chiara - Monastero di - in Volt. sua fondazione 166
Dove situato in altri tempi seg.
Cieiano - Parrocchia di - 94
Cieco - il - di Gambassi - vedi Gonnelli.
Cipolloni Vescovo di Volterra vedi Antonio I.
S. Cipriano - Spedale di - vedi Spedali.
Cirignani - Niccolò - Pittore detto il Pomarance.
Sue opere in Volterra 197 e seg. 201 e seg.
S. Clemente Fratello di S. Giusto Patrono di Volterra sue Reliquie 187
Suo Corpo 191
Colle - Diogesi già di Volt. 124
Epoca del suo Vescovado seg.
Collegiate antiche di Volterra 93
Epoca di Loro istituzione 148 e seg.
Le stesse per la Campagna e Diogesi Volt. 150 e seg.
Comune di Volterra. Suoi Spedali Vedi Spedali e Provenzano 174
Conventuali in Volterra 160
Conversi - I così detti - primi Benefattori del Capitolo Volt. 129
Conversi dello Spedale Volterrano Loro diritto un tempo sulla Rettoria dello stesso 180
Corsini Vescovo di Volterra vedi Pietro V.
Corte - S. Pietro in - vedi Collegiate
Corti - Americo Vesc. di Volt. 70
SS. Cosimo e Damiano - Loro Reliquie in Volterra 188
S. Costanzo mart. Suo Corpo in Volterra 191
S. Crescenzio: vedi SS Dolcissimo ec.
Crescenzio Vescovo di Volt. 41 e 112
Cugni - Pietro - Pittore sua opera in Volterra 199
Curia Vescovile in Volterra vedi Palazzo.
Curradi - Francesco Pittore sue opere in Volterra 198, e seg. 202 e seg.

D

Daddi - Cosimo - Pittore sue opere in Volterra 203. e 206.
S. Dalmazio - Religiose di - in Volterra 86 169
Parrocchia di - 92 e seg.
S. Damiano - vedi SS. Cosimo ec.

Dandini - Pietro - Pitt. sue opere in Volt. 205. e seg.
Diogesi Volterrana: sua divisione e amembramenti 122 e segg.
SS. Dolcissimo, Carissimo e Crescenzio. Loro Reliquie in Volterra 2 153 192
Domenichino - Il - vedi Zampieri.

E

S. ELisabetta Regina d'Ungheria - suo Conservatorio in Volterra: vedi a Lino
Elpidio Vescovo di Volterra 24
Erimanno Vescovo di Volt. 10 36 132
Eucaristio. Vesc. di Volterra vedi Gelasio I. e 23

F

FEderigo I. Impp. Loro benefi. II. cenza alla Chiesa Volterrana 106 e seg.
Farretti - Gio. - Pitt. sua opera in Volterra 205
Fiere e Mercati in Volt. 103
Fiesole - Mino da - 197 e nota 203
Filippo Vesc. di Volt. vedi Belforti e Cecina e Carlo.
Fosini - S. Niccolò a - Parrocchia 92 e seg.
Franceschini - Baldassarre - Pitt. Volt. Sue opere in Volt. 202 204 206 208
S. Francesco - Chiesa di - in Volt. Reliquie che vi si venerano 191
Francesco de' Medici Gran-Duca 196
Francesco I. Card. Soderini Vesc. di Volt. 84 e seg.
Francesco II della Rovere Vesc. di Volt. 87. 142
Fraternita antica di Volt. 85
S. Friano - Tommaso da - Pitt. sua opera in Volterra 201

G

GAetano Arciv. di Firenze: vedi Incontri.
Galantini - Ven. Ippolito in Volt. 93
Galgano Vesc. di Volt. 42 nota 108
Galletti - Alessandro II. Vesc. di Volterra 99 156
Gaudenziano - Vesc. di Volt. 26 153
Gelasio I. Papa - sua Lettera riguardante Eucaristio Vesc. di Volterra. 2
Geminiano - Vesc. di Volterra 25
Gerfalco - sue miniere d'argento 108
Gerini Vescovo di Volterra vedi Giovanni III.
Gesù - Caratteri del suo SS. Nome in Volterra 189
Ghezzano Giurisdizione de'Vescovi Volterr. vedi Vescovi.
Ghirlandajo - Domenico - sue opere in Volterra 203 205 207
S. Gimignano - Diogesi un tempo di Volr. e sua unione a quella di Colle 125
S. Giovanni - Pieve di - in Volt. Epoca di sua fondazione. 143
Se fosse un Tempio Gentilesco seg.
Sua ammensazione al Capitolo ivi
Che ne era il Patrono anche prima 146
Sue rispettabili pertinenze ivi
S. Giovanni in Orticasso antico monastero 168 e seg.
Sua origine e fondazione ivi
S. Giovanni in Sorciano - vedi Collegiate.
S. Giovanni di Via Nuova - vedi Spedali.
Giovanni I. de' Ricci Vescovo di Volterra 76
Giovanni II. Neroni Vescovo di Volterra 80
Giovanni Cardin. vedi Salviati e Leone X.
S. Girolamo - sua Chiesa in Volt. vedi Minori Osservanti.

Digitized by Google

Giugni - Ugolino da - Vesc. di Volt. 81
Giuliano Vesc. di Volt. vedi Soderini.
Giuseppe Vescovo di Volt. vedi Du-Mesnil
S. Giusto - se sia stato Vesc. di Volt. 15
Suo Corpo 192
Suo Spedale vedi Spedali 174
SS. Giusto e Clemente Patroni di Volterra
Loro primo Tempio vedi Alchi
Loro Tempio moderno 94 e 154
S. Giusto di Pernioa Giurisdizione de Vesc. di Volt. vedi Vesc.
Gonnelli - Gio. sua opera in Volt. nota 206
S. Greciniana : vedi SS. Attinia ec.
Grippo Vesc. di Volt. 28 e 102
Guagino Vesc. di Volt. 29 e 103
Guardistallo Giurisd. de' Vescovi Volt vedi Vescovi.
Guidi - Jacopo Vesc di Penna 176
B. Jacopo - suo Corpo in Volterra 192
Sue Reliquie 153
Salvatico de'Conti - Arciv. di Pisa Benefattore del Battistero Volt. 34 157
Guido I. Vescovo di Volt. ivi
Guido II. Serguidi Vesc. Volt. 90 142 162 e seg. 170 195
Suo Sinodo 92 105
Gunfredo Vesc. di Volt. 18 33 157

I

Ildebrando Vescovo di Volt. vedi Paonocchieschi.
Incontri - Carlo Filippo Vesc. d' Arezzo 191
Gaetano Volt. Arciv. di Firenze Benefattore del Battistero Volterrano 147
Cammillo Pittore. Sua opera in Volt. 200
Inghirami Bernardo Vesc. di Volt. 93 152
Suo Sinodo 94
Jacopo Generale. Sua Cappella nella Cattedrale 197
SS. Innocenti - Loro Reliquie in Volterra 188 e 190
Ippolito Galantini. Vedi Galantini
B. Jacopo vedi Guidi.
SS. Jacopo e Filippo - Spedale de' vedi Spedali.
Jacopo Casentino - vedi Landini.

L

Larniano - S. Lucia di - Romitorio di Agostiniani. 161
S. Lazzaro - Spedale di - 175 e seg. vedi Spedali.
Leooaja - Valle - vedi Valle buona.
Leonardo da Pistoja Pitt. sua opera in Volt. 200
Leone X. Papa - Gio Card. de Medici Commendatore della Badia di S. Salvatore in Volt. 157
Leone Vesc. supp di Volt. 30
S. Lino Patrono di Volt. sue Reliquie in Volt. 186
Religiose ivi di - 86 170
Lodovico I Impp Loro beneficenza II. verso la Chiesa Volt. 102
Lodovico I. Alietti 76 135
Lodovico II. Antinori Vesc. Volt. 90 188
Lodovico III. Pandolfini 97
Suo Sinodo seg.
Lotario Imper. 102
Luca da Cortona. Vedi Signorelli
Luca Vesc. di Volt. vedi Alamanni
Lucio Vesc. di Volt. vedi Cagli
Luigi Vesc. di Volt. vedi Buonamici

M

Maffei Raffaello - il Volterrano fondatore del Monastero di S. Lino. vedi S. Lino
Suo Mauseleo ivi nota 203

Digitized by Google

Mainardi - *Vincenzo* - Domenicano - supposto Eletto di *Volt.* 88
Mannozzi - Gio. o Gio. da S. Gio. Pitt. sua opera in *Volt.* 108
Marciano *Vesc.* di *Volt.* 25
S. *Marco* - sua Chiesa in *Volt.* 156 171
Suo Monastero di Religiose ivi
Marco *Vesc.* di *Volt.* vedi Saracini
S. *Maria* . Spedale di - io *Volt.* 172 e seg.
Sua fondazione ivi
Suo Padronato de' *Vescovi Volterrani* 178
Poi del Comune ivi
Cambiamenti nella sua polizia 182
Maria - *Vergine* - Fraternita : vedi Spedali .
S. Maria Maddalena - vedi S. Maria Spedale
S. Maria di Paurano vedi Collegiate
S. Maria de Marca Monastero di Castelfiorentino origine di S. Chiara in *Volterra* 166
S. Mario Mart. sue Reliquie in *Volt.* 188
Mascagni - Donato - Pitt. sue opere in *Volt.* 204 e seg.
S. Matteo - sua Chiesa in *Volt.* vedi Cappuccini .
Matteo - Gio. *Vesc.* di *Volt.* vedi Sertori .
Mazzuoli - Annibale - Pitt. sua opera in *Volt.* 205
Mercati in *Volt.* vedi Fiere
Mesnil - du - Giuseppe *Vesc.* Titolare di *Volt.* 98
S. Michele o s. Angelo 148
Suo primo Priore ivi
Vedi Collegiate
S. Michele di Gabbro : vedi Collegiate
S. Michele di Palombaja Monastero d'Olivetani riunito a quello di Volterra 159
Miniere dell'Allume e di Zolfo 80
Miniere dell'Agro Volt. e Castelli circonvicini nota 103
Cessazione di queste miniere ivi
Mino da Fiesole vedi Fiesole .
Minori Conventuali : vedi Conventuali .
Minori Osservanti in Volt. 79 e seg. 161
Moneta Volt. o de'Vesc. Volt.
Suo Conio 114 116 119
Quando cessò d'aver corso e di battersi 121
Montalcinello Zecca de' Vescovi di Volterra 118
Mont' al Pruno , vedi Collegiate .
Monte Castelli . Sua Origine 56
Montegemoli - suo Spedale 177
Montaterzi)
Monte Veltrajo) vedi Collegiate
Monticiano)
Montieri Giurisdiz. de' Vesc. Volt. vedi Vescovi .
Sua Zecca de'medesimi 115
Sue miniere d'argento 69 45 106 112 e seg.
Sua Collegiata - vedi Collegiate .
Montorsoli - Angelo - nota 203
Mocari - Gio. Pitt. Veronese. Sua Opera in Volt. 207

N

Naldini - Gio. Battista - Pitt. sue Opere in Volt. 199 203
Nerli Vesc. di Volt. vedi Benedetto II.
Neroni Vesc. di Volt. vedi Giovanni II.
Niccola Vesc. di Volt. vedi Ceccina
S. Niccolò a Fosini - Parrocchia 92 e seg.
Niccolò Vesc. di Volt. vedi Sacchetti .
Nome di Gesù - vedi Gesù .

O

Olivetani in Volt. 158 e seg.
Onofrio Vesc. di Volt. vedi Visdomini .

Digitized by Google

Oratorio dello Spedale di Volter. sua origine. nota 201
Orazio Vesc. di Volt. vedi Albizzi
Organo della Cattedrale Volterr. vedi Cattedrale.
Orticasso - S. Gio. in - vedi S. Chiara e s. Giovanni.
Osservanti in Volt vedi Minori
S. Ottaviano Protett. di Volt.
Sua Traslazione 27 117
Sue Reliquie e sua Storia 185 189
Ottavio Vesc. di Volterra vedi del Rosso.
Ottone Imp. Sua parzialità per la Chiesa Volt. 104

P

PAgano Vesc. di Volt. vedi Pannocchieschi.
Palacha - Tommaso - Pitt. Volterrano nota 168
Palazzo e Curia Vescovile ne' primi tempi. 4
Lo stesso in Monteveltrajo 31
Nel luogo presente 83
Palombaja. S. Michele di - vedi S. Michele
Pandolfini Vesc. di Volt. vedi Lodovico III.
Pannocchieschi Pagano Vescovo di Volt. 10 47 e seg 107 118
- Ildebrando Vesc. di Volt. 45 106 e seg. e 138
Pazzi - Cosimo - Vesc. supp. di Volt. nota 84
S. Pietro in Corte: vedi Collegiate.
S. Pietro in Selci - Chiesa in Volt. vedi Basilica e Collegiate.
Monastero di questo Nome vedi S. Marco.
Pietro I. II. III. IV. Aldobrandeschi 16 28 31 38 103 e seg.
V. Corsini 71 111
Pieve di Molle Giurisd. de' Vesc. Volt. vedi Vescovi.
Pieve di S. Gio. in Volterra: vedi S. Giovanni.
Pitture - quanto antiche per le Chiese 194
Epoca di quelle per la Chiesa di Volt. seg.
Pomarance - Il - vedi Circignani
Posatojo - S. Matteo al - o Santo novo in Volterra: vedi Cappuccini.
Postierla. Chiesa di questo nome in Volt. vedi Olivetani.
Protomarzio, o Pratomarzio - vedi S. Marco.
Provenzano - Michele di. Vedi Spedali.

R

RAdicondoli. Vedi Collegiate.
Raffaello Maffei. Vedi Maffei e S. Lino.
Ranieri I. degli Ubertini Vesc. di Volt. 11 52 109 173
II. o Rainuccio della stessa Famiglia 11 64 119 150 . 158 169
III. Belforti 61 174
IV. Allıata 101
Ricci - Gio. de - Vesc. di Volt. vedi Giovanni I.
Ricciarelli - Leonardo Volt. 196 200
S. Romolo Ap. della Toscana, e sia stato primo Vesc. di Volt. 14
Roncalli Pitt. Sua Opera in Volt. 201
Rosselli. Matteo - Pittore Fior. Sue opere in Volt. 198 201 206
Rossetti - Gio. Paolo - Pitt. sue opere in Volt. 196 203 e 205
Rosso - Ottavio del - Vesc. di Volt. 96
Suoi quattro Sinodi seg.
Rosso - Pitt. Fior. Sua Opera in Volt. 200
Rovere - della - Vesc. di Volterra: vedi Francesco II. 2
Ruberto I. Adimari Vesc. di Volt. 78 e 178
II. Cavalcanti Vesc. di Volt. 79 e 179

Ruggiero Vesc. di Volt. 89 e 157

S

SAcchetti - Niccolò - Vesc. di Volterra 95 186
Sacellarj antichi chi fossero 140
SS. Sacramento - Cappella del - nella Cattedrale di Volt. 91 e 199
Saladini - Ugona - Vesc. di Volt. vedi S. Ugo.
S. Salvadora - Badia di - in Volt. Epoca di sua fondazione 18 34
Salviati - Giovanni Card. Ammi-nistratore non Vesc. di Volt. 82
Sangimignano : vedi s. Gimignano
SS. Sangue - Pietra aspersa del - in Volt. 190
Santi Titi. Sua opera in Volt. 199 207
Santo novo : vedi Cappuccini
Saracini - Marco - Vesc. di Volt. 99
Saolari - Alberto Vesc. di Volt. 10 55
Scuole Pie in Volt. 97 165
Seminario Vescovile di Volt. Sua origine 91 e 97
Serguidi Vesc. di Volt. vedi Guido II.
Sertori - Gio. Matteo Vescovo di Volterra 89
Sfondrati - Carlo Filippo Vesc. di Volterra 96
Sua visita Pastorale ivi
Signoralli - Luca da Cortona sua opera in Volt. 200 203
Silvani - Gherardo Architetto Fior. 197
Simone da Reggio Vesc. di Volt. 73 175
Soderini - vedi Francesco I. Card. Vesc. di Volt.
Giuliano Vesc di Volt. 86 e seg.
Spedale di Volt. Suoi principj 67 a seg. 79
Spedali - Loro numero prodigioso per la Diogesi Volterrana nei primi tempi 172
Loro numero in Città - Loro titoli ivi
S. Sperandio - Monastero d' Arezzo origine di uno in Volt. vedi Orticasso.
SS. Spine in Volt. 190
Stagio da Pietra Santa Scultore. nota 203
S. Stefano dalla Fraternita della V. M. vedi Spedali.
Stefano da Prato Vesc. di Volt. 77 178
Strozzi - Alessandro I. Vesc. di Volterra. 89

T

TAclino o Taclimo Vesc. supposto di Volt. 36
Taviano di Strenna : vedi Spedali
Teologale Prebenda nella Cattedrale Volterrana 94
Tommaso Vesc. di Volt. 26
Tucci - Fulvio Andrea 195

V

UBertini Vescovo di Volterra vedi Ranieri I. e II.
S. Ugo, o Ugone de' Saladini Vescovo di Volt. 19 44 123
Prima Canonico di Padova 185
Ugo Arciprete. Suo Calendario malamente attribuito a s. Ugo Vescovo 186
Ugolino Vescovo di Volterra vedi Giugni.
Urbano III. Papa. Suo Breve alla Chiesa Volt. 111
Vanni Seniore Pitt. Sanese. Sue opere in Volt. 201 207 e seg.
Valla buona, o Leonaja, o Buaria. 167
Vellosoli - Chiesa di S. Girolamo di - in Volt. Vedi Min. Osservanti.
Vescovi Volterrani quando e come principiò Volterra ad avergli 9
Loro Serie fino al presente 13 e seg.
Epoca del Loro mero a misto Impero sulla Città di Volt. 43

Loro giurisdizione anco sul temporale sul Contado, e Diogesi, e su molti Castelli 108 e seg. e 111
Loro facoltà di batter moneta 46 107 112 114 e per turto il Cap. V.
Conio di questa moneta 16 116 e seg. 119
Loro Privilegi 79 82 92 98 102 e seg. e per tutto il Cap. IV.
Loro Titolo di Principi del Sacro Romano Impero 106 e segg.
E di Vicarj Imperiali anco per la Toscana 107 e seg.
Visdomini - Onofrio - Vescovo di Volterra 74
S. Vittore Martire Protettore di Volterra 187
Sua Reliquia ivi fuor di proposito contradetta ivi
Volterra quando abbracciò la Fede 1
Tradizione popolare su questo ivi

W

Witter - Pietro o Pietro Candido Pittore Sua opera in Volterra 199

Z

Zampieri - Domenico - Il Domenichino Pittore. Sua Opera in Volterra. 198

FINE.

CORREZIONI, E AGGIUNTE.

Pag.	Vers.	ERRORI	CORREZIONI
VI.	10	dall'antiche	dell'antiche
5	1	in not. Euticae	Ecclesiasticae
6	4	Vignati	Vigneti
8	23	octonis	octenis
	26	Epicopus	Episcopus
13	6	al nostro	la nostra
	18	LXXXVI.	LXXXIV.
	29	XCVI.	XCIV.
14	8	LXXXIII.	LXXXI.
16	6	si credeva	si vedeva
17	1	Orlandi	Orlandi e così ogni volta che cada questa voce
29	4	Precessori	Predecessori
32	23	Troschi	Treschi
	29	Eriborto	Eriberto.
34	2	*Patri*	*Pater*
40	25	Acchivio	Archivio
45	6	per mezzo	per prezzo.
47	23	Barignone	Berignone
48	2	in not. Merla Pad.	Merla Podestà
49	24	della Crociata	delle Crociate.
50	8	acquetare	acquietare
	10	maliorello	meliorello.
	23	onore	onere.
56	4	contto	contro.
67	19	convocare	concorrere.
70	14	Gran Tesoriere	Gran Priore e Direttore della Carovana così a pag. 192. v. 8.
	2	in not. *Favianum*	*Tavianum*
72	4	in not. nolla quale	nella quale.
77	5	la rappresaglia	le rappresaglie
	19	Antonio Montebradoni	Antonio da Montebradoni
82	13	Bruano	di Bruciano.
	15	Monzano	Menzano.
83	16	Anno 1479.	Anno 1472.
85	2	Morrone	Morrena
104	3	in not. della Città	delle Città
105	24	Successore	Successori
108	2	pane	parte
	8	Gerfallo	Gerfalco.
111	1	Pietro IV.	Pietro VI.

Digitized by Google

pag.	vert.		
112	12	della Rene.	della Rena.
114		in not. Pagnino.	Pagnini.
118	25	ne sue	ne suoi
119	6	Commagnia	Compagnia
120	33	in not. si proicisce	si proibisce
126	18	alla qualità di assistenti	ai quali rimase il Titolo di Canonici e la qualità di Assistenti.
127	17	epoca o dalla traslazione o dal	epoca o della traslazione o del Decreto.
131	22	Convito	Convitto.
132	12	della Comunità	della Comunità.
	9	in not. *facit*.	*fecit*.
134	19	quarte.	quarre.
135	29	vivevano.	facevano
140	28	*Sacerotii*	*Sacerdotii*
141	2	in not. Cappucc.	Cappellani.
145		in not. N. CXVIII.	XCVIII.
147	19	dei Nostri.	due Nostri.
150	21	*Soviano*	*Soreiano*
	24	*Gabbio*	*Gabbro*
	26	La Collegiata *Paurano*	La Collegiata di *Paurano*
151	24	notizia di quello	notizia di quella.
154	3	in not. il detto Sig. Persio	il dotto Sig. Persio
155	19	previa	previe
156	14	di qualche	da qualche
157	16	esenzione	esazione
159		in not. supp.	soppresso
160	26	Religioni intrdottevi	Religioni introdottevi.
168	10	in not. pidie id.	*pridie id.*
169	4	tra Religiose	tre Religiose.
170	22	claurura	clausura
172	24	*di Vereno di S. Cipriano*	*di Verano di S. Cipriano.*
173	27	Suoi Pii Soggetti	Luoghi Pii soggetti
	1	in not. *incipit vidi aquam*	*incipiunt vidi aquam.*
	3	in not. *Hospitale ab Domum*	*Hospitale ad Domum*
174	17	dell'onero d'uno	dell'onere d'uno
175	2	mobili supellettili	mobili e supellettili.
	27	affatti dalla lebbra	affetti dalla lebbra.
	1	in not. deliberazione dal	deliberazione del

pag. vers.			
176	18	*Ferdinando* de' Medici	*Ferdinando*
179	24	stabili appartenente	stabili appartenenti
184	4	appellata Reliquia	appellate *Reliquie*
	19	seguito	seguitato.
	22	espresso	appresso.
185	19	molta minore	molto minore.
186	18	trasporta	trasportano.
188	4	dalla Città	della Città
	6	sia passata	sia passato.
190	5	Crocifisso una Cassa	Crocefisso in una Cassa,
	20	in Tabernacolo dell' Altare.	in un Tabernacolo dell'Altare.
192	19	tante volte nomina	tante volte nominato.
193	11	S. Cantario	S. Centerio.
194	23	*Triada*	*Triade*.
195	3	si pastò	si passò
	18	dai Secoli	dei Secoli.
197	10	*Mini de Florentiae*	*Mini de Florentia*
	12	dell'Altase	dell' Altare.
198	7	sia stato danneggiato	sia stata danneggiata.
199	1	in not. *dalle Compagnie*	*dallo Comparse*.
	6	in not. *jo Bat. Naldini Rettore*	jo Batista Naldini *Pittore*
201	2	in not. originario	originaria.
202	2	in not. *Volterranus*	*Volaterranus*
203	6	in not. di Silvio Meno	di *Silvio Mino*.
204	14	allegorno	allegorno.
	20	un Cenacolo	Una Vergine SS. con varj Santi
	6	in not. Cesentino.	Casentino

Alla pag. 112 in fine della nota manca quanto appresso.
„ confessa di aver liberamente venduto al Vescovo *Crescenzio* alcune Terre nelle vicinanze di *Montieri* confinanti con due Fossati detti *Domezzano*, e col *Monte* di *Montieri*: e la compra d'averla fatta per Sc. 20. *Bonden. Lucens.*

Digitized by Google

Digitized by Google

16/

0058013 14

Digitized by Google

ized by Google